



IDAD AUT
CIÓN GEN



6

SELECTA Y

DE OBRAS ANTIGUAS
ESPAÑOLAS Y ESTRANJERAS

publicadas bajo la dirección

D. JAIME



PA6515

A3

1847

c. 1

ÓNOMIA

RAL DE

46434




BIOC



1080021834





CORNELIO NEPOTE.

UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



Centro Alfonso
Biblioteca Universidad

CORNELII NEPOTIS

VITÆ

EXCELLENTIUM IMPERATORUM.

NOVISIMA EDICION,

Revista y cotejada con los mejores textos, é ilustrada con notas en español, una Tabla geográfica y un Diccionario de todas las voces contenidas en la obra : se ha añadido tambien un corto sumario al principio de cada capítulo, expresando los años de las olimpiadas en que ocurrieron los hechos principales y los de la era cristiana á que corresponden.

POR DON JUAN B. GUIN.

DOCTOR EN LEYES, LICENCIADO EN CÁNONES, Y CATEDRÁTICO
QUE FUÉ DE HUMANIDADES EN LA REAL UNIVERSIDAD
DE CERVERA.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



PARIS.

LIBRERÍA DE A. BOURET Y MOREL,
CALLE DEL EPERON, 6.

capilla Año 1847.

Biblioteca Universitaria

46434

PAGSIS
A3

1847



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

PRÓLOGO.

La antigüedad nos ha trasmitido las obras de muchos autores cuyo nombre es célebre y la vida ignorada. Cornelio Nepote es de este número: no tenemos de este escritor mas que algunas noticias biográficas y de poca importancia. Se cree generalmente que nació hácia el año 95 ó 96 antes de Jesucristo; y el lugar de su nacimiento fué Verona, ú Hostilia, aldea vecina á Verona, en Italia: vivió en tiempo de Julio César y de Octaviano Augusto. Tertuliano, Eusebio, S. Jerónimo, Lactancio y Minucio Felix, autores sagrados; Pomponio Mela, Plinio el historiador, Plinio el mozo, el poeta Catulo, Ausonio, Aulo Gelio y el mismo Ciceron, autores profanos, hacen con aprecio mencion de este escritor; y se sabe que tuvo relaciones íntimas con algunos de ellos, especialmente con Ciceron y Catulo: las tuvo tambien con Ático, que fué uno de los hombres mas esclarecidos de aquel tiempo, habiéndole dedicado la obra intitulada *Vite excellentium imperatorum*, que es una de las varias que escribió, y la única que ha llegado hasta nosotros, al menos completa, pues de los demás casi no se han conservado mas que los títulos. Que Nepote tenia íntima familiaridad con Ciceron lo dice Aulo Gelio en el lib. 15 *Noct.*

010067

Att., cap. 28, por estas palabras : *M. Ciceronis, ut qui maxime, amicus familiaris fuit*; y mejor lo dice el mismo Ciceron, en el lib. 16 *ad Attic.*, ep. 5 : *Nepotis epistolam expecto. Cupidus ille meorum*, etc. De lo dicho se ve que Cornelio pertenece á la época mas brillante de la lengua latina.

Esta obra ha dado lugar á muchas disputas entre los sabios. Hasta mediados del siglo XVI llevó el nombre de Cornelio Nepote. Mas adelante, sin otro fundamento que la autoridad de los manuscritos, se atribuyó á Emilio Probo, hasta que alguno de los muchos modernos que la han ilustrado hizo ver que Emilio Probo fué el librero que dedicó al emperador Teodosio la obra de Nepote; y así lo reconocen ya todos los eruditos.

La pureza del estilo, la precision de los pensamientos, los datos históricos, las opiniones políticas que encierra esta obra, nos descubren un autor del grande siglo de la literatura latina; aunque las faltas gramaticales y cronológicas que se notan en ella, algunas omisiones importantes, la aridez de ciertos pasajes, la falta de transiciones necesarias, acusan evidentemente la mano de un redactor, ó mejor de un abreviador de tiempos posteriores. No obstante esto, Cornelio Nepote, en el estado en que ha llegado hasta nosotros, no deja de ser uno de los

mejores modelos que pueden ponerse en manos de la juventud; y así no es de admirar que en todos tiempos y en todos los países se haya mirado con tanto aprecio esta obra, haciéndola recomendable y muy propia para los que se dedican al estudio de la lengua latina la pureza de estilo, concision, elegancia y por otra parte claridad con que está escrita. Con razon dijo de este escritor Pedro Nanio en el libro que intituló *De claris Cornelius: Cornelius Nepos quam elegans sit scriptor, in vita Pomponii Attici cognoscere licet. Dictio certe venustissima; in disponendo nihil illo accuratius, in fide nihil sanctius*. Y el mismo Pomponio Ático de quien se habla, habia dicho que Cornelio era el mejor escritor latino despues de Ciceron. Rollin, que se tiene por tan buen juez en la materia, habla de Cornelio en estos términos: « Su estilo » es puro, limpio y elegante; la sencillez, que » forma uno de sus principales caracteres, va » acompañada de una grande delicadeza, y se » ve realzada de cuando en cuando por pensamientos nobles y sólidos. Pero lo que tal » vez hay mas estimable en este autor, es su » notable inclinacion á los grandes principios » de honor, de probidad, de virtud, de des- » interés, de amor al bien público, que pa- » rece querer insinuar en sus escritos. »

El texto de nuestro autor, durante siglos enteros, ha tenido que sufrir de dos causas

bien diferentes, la ignorancia y el saber : le habian corrompido no solo las alteraciones de los copistas, sino tambien las correcciones de los eruditos. Los progresos de la critica moderna han contribuido poderosamente á restablecerle, en cuanto era posible, en su pureza primitiva : estas mejoras son necesarias en un libro destinado á las escuelas. Queriendo dar un texto cuya pureza fuese generalmente reconocida, hemos tomado por base las ediciones de H. Bremi y Günther, habiendo tenido á la vista otras célebres hechas en España, á fin de compararlas todas y poder ofrecer al público la presente tan perfecta como fuese posible : podemos asegurar que se ha trabajado en ella con esmero ; los maestros y cuantos inteligentes la lean, verán si ha sido con acierto y sabrán hacer justicia. En gracia de los principiantes se han acentuado, segun costumbre, algunas palabras ; pero ha sido con tanta moderacion, que del acento grave casi solo se ha hecho uso para los adverbios que podrian confundirse con algunas terminaciones de nombres adjetivos ó con otras partes de la oracion, y para algunas voces que son unas veces preposiciones y otras adverbios, por ejemplo, *contra*, *supra*, *ante*. Se ha pintado el acento circunflejo en el ablativo del singular de los nombres de la 1.^a declinacion y en la terminacion femenina de los adje-

tivos de tres, para que puedan distinguirse al instante de los demás casos terminados en *a* ; en el genitivo del singular de los sustantivos de la 4.^a declinacion terminados en *us*, para distinguirle de los demás casos que tienen igual terminacion ; sobre la *u* de los genitivos sincopados, como *fabrùm*, *deùm*, por *fabrorum*, *deorum* ; y finalmente en el genitivo de *ego*, *tu*, *sui*, *nos* y *vos*, pronombres primitivos, á fin de no confundirlos con los derivativos *meus*, *tuus*, *suus*, *noster* y *vester*. Fuera de estos casos, nos parece que el multiplicar los acentos, á mas de que á veces se hace contra las reglas de la gramática y el método seguido en los buenos diccionarios, solo sirve para confundir al lector : lo mismo nos parece de la superabundancia de comas, las que tampoco hemos prodigado tanto como hacen algunos imitando á las ediciones antiguas.

Esta edicion sale á la luz pública con otras mejoras importantes en otros conceptos. Precede á cada uno de los capítulos un corto sumario en que se indica su contenido ; y como la cronologia es esencial para el estudio de un historiador, hemos añadido las fechas de los hechos principales, expresando al efecto los años de las olimpiadas en que ocurrieron y los de la era cristiana á que corresponden. Las notas, que hemos tomado de ediciones he-

chas en España, tenían necesidad de corregirse y rectificarse; lo hemos ejecutado sin alterar nada sustancial: lo que hemos hecho es añadir algunas que nos han parecido necesarias, poner con mas claridad otras que se presentaban oscuras, mejorar el estilo por ser antiguo, y cambiar la ortografía para sustituir la adoptada por la Real Academia. Dichas notas están por cierto llenas de erudicion, pues no solo contienen observaciones gramaticales, sino tambien noticias concernientes á la geografia, mitología y antigüedades: el indicarlás con números que remiten al lector á los lugares correspondientes del texto nos ha parecido muy conducente para los principiantes, evitándoles con esto el inconveniente de perder tiempo y de confundirlas. Se ha aumentado esta obra con una tabla geográfica, y además con un Diccionario de todas las voces que se hallan en Cornelio Nepote: están en él las frases y locuciones mas notables del autor, y las dicciones sueltas en la acepcion en que deben tomarse para la buena traduccion del texto. En esto, y en todo lo demás indicado antes, hemos consultado la utilidad y comodidad de los jóvenes, á los cuales conviene facilitar por todos medios el camino de las ciencias. Si por nuestra parte podemos cooperar á ello, esta satisfaccion será para nosotros la mejor recompensa.

CORNELII NEPOTIS

VITÆ

EXCELLENTIUM IMPERATORUM

AD TITUM POMPONIUM ATTICUM.

AUCTORIS PRÆFATIO.

Non dubito fore plerosque, Attice, qui hoc genus scripturæ leve et non satis dignum summorum virorum personis¹ judicent, quum relatum legent, quis musicam docuerit Epaminondam, aut in ejus virtutibus commemorari, saltasse eum commodè, scienterque tibiis cantasse. Sed hi erunt fere qui, expertes litterarum græcarum², nihil rectum, nisi quod ipsorum moribus conveniat, putabunt. Hi, si didicerint non eadem omnibus esse honesta atque turpia, sed omnia majorum institutis judicari, non admirabuntur nos in Graiorum virtutibus exponendis mores eorum secutos. Neque enim Cimoni fuit turpe, Atheniensium summo viro, sororem germanam habere in matrimonio, quippe quum cives ejus eodem uterentur instituto: at id quidem nostris moribus nefas habetur. Nulla Lacedæmoni tam est nobilis vidua,

¹ Non satis dignum summorum virorum personis. No muy correspondiente á la dignidad de los sugetos mas distinguidos.

² Litterarum græcarum. De la historia griega.

quæ non ad scenam eat¹, mercede conducta. Magnis in laudibus tota fuit Græciâ victorem Olympiæ citari²; in scenam verò prodire, et populo esse spectaculo, nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini. Quæ omnia apud nos partim infamia, partim humilia atque ab honestate remota ponuntur. Contra ea, pleraque nostris moribus sunt decora, quæ apud illos turpia putantur. Quem enim Romanorum pudet uxorem ducere in convivium? aut ejus non materfamilias primum locum tenet ædium, atque in celebritate³ versatur? Quod multò fit aliter in Græciâ: nam neque in convivium adhibetur, nisi propinquorum; neque sedet, nisi in interiore parte ædium, quæ *gynæconitis*⁴ appellatur, quò nemo accedit, nisi propinquâ cognatione conjunctus. Sed hic plura persequi, tum magnitudo voluminis prohibet, tum festinatio, ut ea explicem quæ exorsus sum. Quare ad propositum veniemus, et in hoc exponemus libro de vitâ excellentium imperatorum.

¹ *Ad scenam eat.* A representar, ó á hacer algun papel.

² *Victorem Olympiæ citari.* Ser declarado ó proclamado vencedor en Olimpia, ciudad del Peloponeso, junto á la cual estaba el templo de Júpiter, llamado *Olimpico*, en cuyo obsequio se celebraban los juegos olímpicos.

³ *In celebritate.* En la concurrencia, ó en la conversacion de los que van á su casa.

⁴ *Gynæconitis.* Palabra griega, que significa la vivienda ó la habitacion de las mujeres, lo mismo que *gynæceum*.

MILCIADES,

HIJO DE CIMON, ATENIENSE.

CAPÍTULO I.

Los Atenienses envían á Milcíades al Quersoneso de Tracia para fundar allí una colonia. Llega á Lemno, y pretende que los habitantes reconozcan la autoridad de Atenas: respuesta burlesca con la cual se niegan á ejecutarlo. (Año 1º. de la olimpiada LXVII, 512 antes de J. C.)

MILCIADES, Cimónis filius, Atheniensis. Quum et antiquitate generis, et gloriâ majorum, et suâ modestiâ unus omnium maximè floreret, eaque esset ætate, ut jam non solum de eo bene sperare, sed etiam confidere cives possent sui, talem futurum qualem cognitum judicarunt; accidit ut Athenienses Chersonesum¹ colonos vellent mittere. Cujus generis quum magnus numerus esset, et multi ejus demigrationis peterent societatem, ex his delecti Delphos² deliberatum missi sunt, qui consulerent Apollinem, quo polissimum duce uterentur: namque tum Thracæ eas regiones tenebant, cum quibus armis erat dimicandum. His consulentibus nominatim Pythia³ præ-

¹ *Chersonesum.* Aquí se habla de una parte de la Tracia, que baña el mar Egeo.

² *Delphos.* Ciudad donde estaba el oráculo de Apolo Delfico. Hoy se llama *Castri*, ó *Salona*.

³ *Pythia.* Sacerdotisa, por cuya boca daba Apolo las respuestas.

quæ non ad scenam eat¹, mercede conducta. Magnis in laudibus tota fuit Græciâ victorem Olympiæ citari²; in scenam verò prodire, et populo esse spectaculo, nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini. Quæ omnia apud nos partim infamia, partim humilia atque ab honestate remota ponuntur. Contra ea, pleraque nostris moribus sunt decora, quæ apud illos turpia putantur. Quem enim Romanorum pudet uxorem ducere in convivium? aut ejus non materfamilias primum locum tenet ædium, atque in celebritate³ versatur? Quod multò fit aliter in Græciâ: nam neque in convivium adhibetur, nisi propinquorum; neque sedet, nisi in interiore parte ædium, quæ *gynæconitis*⁴ appellatur, quò nemo accedit, nisi propinquâ cognatione conjunctus. Sed hic plura persequi, tum magnitudo voluminis prohibet, tum festinatio, ut ea explicem quæ exorsus sum. Quare ad propositum veniemus, et in hoc exponemus libro de vitâ excellentium imperatorum.

¹ *Ad scenam eat.* A representar, ó á hacer algun papel.

² *Victorem Olympiæ citari.* Ser declarado ó proclamado vencedor en Olimpia, ciudad del Peloponeso, junto á la cual estaba el templo de Júpiter, llamado *Olimpico*, en cuyo obsequio se celebraban los juegos olímpicos.

³ *In celebritate.* En la concurrencia, ó en la conversacion de los que van á su casa.

⁴ *Gynæconitis.* Palabra griega, que significa la vivienda ó la habitacion de las mujeres, lo mismo que *gynæceum*.

MILCIADES,

HIJO DE CIMON, ATENIENSE.

CAPÍTULO I.

Los Atenienses envían á Milcíades al Quersoneso de Tracia para fundar allí una colonia. Llega á Lemno, y pretende que los habitantes reconozcan la autoridad de Atenas: respuesta burlesca con la cual se niegan á ejecutarlo. (Año 1º. de la olimpiada LXVII, 512 antes de J. C.)

MILCIADES, Cimonis filius, Atheniensis. Quum et antiquitate generis, et gloriâ majorum, et suâ modestiâ unus omnium maximè floreret, eaque esset ætate, ut jam non solum de eo bene sperare, sed etiam confidere cives possent sui, talem futurum qualem cognitum judicarunt; accidit ut Athenienses Chersonesum¹ colonos vellent mittere. Cujus generis quum magnus numerus esset, et multi ejus demigrationis peterent societatem, ex his delecti Delphos² deliberatum missi sunt, qui consulerent Apollinem, quo polissimum duce uterentur: namque tum Thracæ eas regiones tenebant, cum quibus armis erat dimicandum. His consulentibus nominatim Pythia³ præ-

¹ *Chersonesum.* Aquí se habla de una parte de la Tracia, que baña el mar Egeo.

² *Delphos.* Ciudad donde estaba el oráculo de Apolo Delfico. Hoy se llama *Castri*, ó *Salona*.

³ *Pythia.* Sacerdotisa, por cuya boca daba Apolo las respuestas.

cepit, ut Miltiadem sibi imperatorem sumerent: id si fecissent, incepta prospera futura. Hoc oraculi responso, Miltiades, cum delectâ manu classe Chersonesum profectus, quum accessisset Lemnum, et incolas ejus insulæ sub potestatem redigere vellet Atheniensium, idque ut Lemnii suâ sponte facerent postulasset, illi irridentes responderunt tum id se facturos, quum ille, domo navibus proficiscens, vento aquilone venisset Lemnum: hic enim ventus, a septentrionibus oriens, adversum tenet Athenis proficiscentibus¹. Miltiades, morandi tempus non habens, cursum direxit quò tendebat, pervenitque Chersonesum.

CAPÍTULO II.

Miltiades, habiéndose apoderado del Quersoneso, toma á Lemno y las Cieladas. Hacia el año 1.º de la olimpiada LXVIII, 508 antes de J. C.)

Ibi, brevi tempore, Barbarorum² copiis disjectis, totâ regione quam petierat potitus, loca castellis idonea communit; multitudinem, quam secum duxerat, in agris colloavit, crebrisque excursionibus locupletavit. Neque minùs in eâ re prudentiâ quam felicitate adjutus est: nam, quum virtute militum devicisset hostium exercitus, summâ æquitate res constituit, atque ipse ibidem manere decrevit. Erat enim inter eos dignitate regiâ, quamvis carebat no-

¹ *Adversum tenet Athenis proficiscentibus.* Sopla de cara ó de frente á los que se hacen á la vela desde Atenas.

² *Barbarorum.* Los Griegos llamaban Bárbaros á todos los de las otras naciones.

mine: neque id magis imperio quàm justitiâ consecutus. Neque eò secius Atheniensibus, a quibus erat profectus, officia præstabat. Quibus rebus fiebat ut non minùs eorum voluntate perpetuò imperium obtineret qui miserant, quàm illorum cum quibus erat profectus. Chersoneso tali modo constitutâ, Lemnum revertitur, et ex pacto postulat ut sibi urbem tradant (illi enim dixerant, quum vento boreâ domo profectus, eò pervenisset, sese dedituros); se autem domum Chersonesi habere. Cares¹, qui tum Lemnum incolebant, etsi præter opinionem res ceciderat, tamen non dicto, sed secundâ fortunâ adversariorum capti, resistere ausi non sunt, atque ex insulâ demigrarunt. Pari felicitate ceteras insulas, quæ Cyclades² nominantur, sub Atheniensium redegit potestatem.

CAPÍTULO III.

Dario, habiendo emprendido una expedicion contra los Escitas, construye un puente sobre el Istro, y nombra para que lo guarden gobernadores griegos del Asia menor. Miltiades, que se hallaba entre ellos, les exhorta á no dejar escapar esta ocasion de exterminar á los Persas y libertar á la Grecia de su yugo. (Año 1.º de la olimpiada LXVIII, 508 antes de J. C.)

Eisdem temporibus, Persarum rex Darius, ex Asiâ in Europam exercitu trajecto, Scythis bellum in-

¹ *Cares.* Pueblos descendientes de la Caria, en el Asia menor.

² *Cyclades.* Llamadas así de una palabra griega, que significa círculo, porque están al rededor de la isla de Delos.

ferre decrevit. Pontem fecit in Istro⁴ flumine, quâ copias traduceret; ejus pontis, dum ipse abesset, custodes reliquit principes quos secum ex Ioniâ et Æolide² duxerat, quibus singulis ipsarum urbium perpetua dederat imperia. Sic enim putavit facillimè se græcâ linguâ loquentes, qui Asiam incolerent, sub suâ retenturum potestate, si amicis suis oppida tuenda tradidisset, quibus, se oppresso, nulla spes salutis relinqueretur. In hoc fuit tum numero Miltiades, cui illa custodia crederetur³. Hic quum crebri afferrent nuntii malè rem gerere Darium⁴, premique ab Scythis, Miltiades hortatus est pontis custodes ne a fortunâ datam occasionem liberandæ Græciæ dimitterent: nam, si cum his copiis, quas secum transportaverat, interiisset Darius, non solùm Europam fore tutam, sed etiam eos qui Asiam incolerent Græci genere liberos a Persarum futuros dominatione et periculo, et id facillè effici posse: ponte enim resecisso, regem, vel hostium ferro vel inopiâ⁵, paucis diebus interiturum. Ad hoc consilium quum plerique accederent, Histiaeus milesius ne res conficeretur obstitit, dicens, non idem ipsis, qui summas imperii tenerent, expedire et multitudinî, quòd Darii regno

⁴ *In Istro.* El Danubio, que pasando por la Germania, la Ungría y la Tracia, va á meterse por seis bocas en el mar Euxino.

² *Ex Ionia et Æolide.* Provincias del Asia menor.

³ *Cui illa custodia crederetur.* A quien Darío encargó la guarda del puente.

⁴ *Malè rem gerere Darium.* Que le salía mal su empresa á Darío.

⁵ *Inopiâ.* Por falta de viveres.

ipsorum niteretur dominatio, quo extincto, ipsos, potestate expulsos, civibus suis pœnas daturus; itaque adeo se abhorreere a ceterorum consilio, ut nihil pulet ipsis utilius quàm confirmari regnum Persarum. Hujus quum sententiam plurimi essent secuti, Miltiades, non dubitans, tam multis consociis⁴, ad regis aures consilia sua perventura, Chersonesum reliquit, ac rursus Athenas demigravit. Cujus ratio etsi non valuit², tamen magnopere est laudanda, quum amior omnium libertati quàm suæ fuerit dominationi.

CAPÍTULO IV.

Darío se prepara para invadir la Grecia. Solo Miltiades propone á sus conciudadanos el salir al encuentro al enemigo. (Año 2 de la olimpiada LXXII, 491 antes de J. C.)

Darius autem, quum ex Europâ in Asiam rediisset, hortantibus amicis ut Græciam redigeret in suam potestatem, classem quingentarum navium comparavit⁵, eique Datim præfecit et Artaphernem; hisque ducenta peditum, decem millia equitum dedit, causam interserens² se hostem esse Atheniensibus, quòd eorum auxilio Iones Sardes³ expugnassent, suaque præsidia interfecissent. Illi præfecti regii, classe

⁴ *Tam multis consociis.* Sabiéndolo tantos.

² *Cujus ratio etsi non valuit.* Aunque no prevaleció su consejo.

⁵ *Comparavit.* Apostro.

² *Causam interserens.* Alegando por motivo.

³ *Sardes.* Metrópoli de la Lidia, y corte del rey Cresos.

ad Eubœam¹ appulsâ, celeriter Eretriam² ceperunt, omnesque ejus gentis cives abreptos in Asiam ad regem miserunt. Inde ad Atticam³ accesserunt, ac suas copias in campum Marathona⁴ deduxerunt: is abest ab oppido⁵ circiter millia passuum decem. Hoc tumultu Athenienses tam propinquo tamque magno permoti, auxilium nusquam⁶ nisi a Lacedæmoniis petiverunt; Philippidemque, cursorem ejus generis⁷ qui *hemerodromi* vocantur, Lacedæmonem⁸ miserunt, ut nuntiaret quàm celeri opus esset auxilio. Domi autem creant decem prætores⁹, qui exercitui præessent; in eis Miltiadem. Inter quos magna fuit contentio, utrùm mœnibus se defenderent, an obviam irent hostibus acieque decernerent. Unus Miltiades maximè nitebatur ut primo quoque tempore castra fierent¹⁰: id si factum esset, et civibus animum ac-

¹ *Eubœam*. Negroponto, isla del mar Egeo.

² *Eretriam*. Ciudad de Eubea, ó de Negroponto.

³ *Atticam*. La Atica, cuya capital era Atenas.

⁴ *Marathona*. Campo al que dió su nombre la ciudad de Maraton. *Marathona* está en acusativo griego.

⁵ *Is abest ab oppido*. Este campo dista de la ciudad de Atenas.

⁶ *Nusquam*. De ninguna parte.

⁷ *Ejus generis qui hemerodromi vocantur*. Correo de aquellos que se llaman correos de día. *Hemerodromus* viene de una palabra griega, que significa *día* y *carrera*. Llamábanse así estos correos ó postas de á pié, ó porque era mucho lo que corrían, ó porque corrían un día entero sin fatigarse.

⁸ *Lacedæmonem*. Esparta, ó Lacedemonia.

⁹ *Prætores*. Capitanes, jefes ó comandantes.

¹⁰ *Castra fierent*. Acampasen.

cessurum, quum viderent de eorum virtute non desperari, et hostes eâdem re fore tardiores, si animadvertent auderi adversus se tam exiguis copiis dimicare.

CAPÍTULO V.

Miltiades triunfa de Darío en los llanos de Maraton, antes de la llegada de los aliados de este príncipe. (Año 5 de la olimpiada LXXII, 490 antes de J. C.)

Hoc in tempore nulla civitas Atheniensibus auxilio fuit, præter Plataenses¹: ea mille misit militum. Itaque horum adventu decem millia armatorum completa sunt; quæ manus mirabili flagrabat pugnandi cupiditate: quo factum est ut plus quàm collegæ² Miltiades valuerit. Ejus auctoritate impulsivi Athenienses copias ex urbe eduxerunt, locoque idoneo³ castra fecerunt; deinde postero die sub montis radicibus⁴, acie e regione⁵ instructâ, novâ arte, vi summâ prælium commiserunt. Namque arbores multis locis erant stratae, hoc consilio ut et montium tegerentur altitudine, et arborum tractu⁶ equitatus hostium impediretur, ne multitudinem clauderentur. Datis, etsi non æquum locum videbat suis, tamen, fretus nu-

¹ *Plataenses*. La ciudad se llama *Plataea*, en la Beocia.

² *Collegæ*. Los colegas, capitanes, jefes ó comandantes compañeros de Miltiades en el mando del ejército.

³ *Loco idoneo*. En lugar ventajoso.

⁴ *Sub montis radicibus*. A la falda de un monte.

⁵ *E regione*. En frente.

⁶ *Arborum tractu*. Por las hileras de los árboles.

mero copiarum suarum, configere cupiebat; eoque magis, quod priusquam Lacedæmonii subsidio venirent, dimicare utile arbitrabatur. Itaque in aciem peditem centum, equitum decem millia produxit, præliumque commisit. In quo tantò plus virtute valuerunt Athenienses, ut decemplicem numerum hostium¹ profligarent: adeoque perterruerunt, ut Persæ non castra, sed naves petierint². Quà pugna nihil adhuc est nobilius: nulla enim unquam tam exigua manus tantas opes³ prostravit.

CAPÍTULO VI.

Milcíades recibe el premio de su victoria.

Cujus victoriae non alienum videtur, quale præmium Miltiadi sit tributum, docere⁴, quò facilius intelligi possit eandem omnium civitatum esse naturam. Ut enim populi nostri honores quondam fuerunt rari et tenues⁵, ob eamque causam gloriosi, nunc autem effusi atque obsoleti⁶; sic olim apud Athenienses fuisse reperimus. Namque huic Miltiadi, qui Athenas totamque Græciam liberarat, talis honos tri-

¹ *Decemplicem numerum hostium.* Un enemigo diez veces mas numeroso.

² *Petierint.* Se retiraron.

³ *Tantas opes.* Tantas fuerzas.

⁴ *Docere.* Referir, ó hacer saber.

⁵ *Tenues.* Sin pompa.

⁶ *Effusi atque obsoleti.* Inmoderados, y que por demasiado frecuentes, son de menos lustre.

butus est in porticu quæ *Pœcile*¹ vocatur, quum pugna depingeretur marathonia², ut in decem prætorum numero prima ejus imago poneretur, isque hortaretur milites, præliumque committeret. Idem ille populus, posteaquam majus imperium est nactus, et largitione magistratum³ corruptus est, trecentas statuas Demetrio Phalereo⁴ decrevit.

CAPÍTULO VII.

Milcíades muere en la cárcel, despues de haber sido condenado por no haber continuado el sitio de Paro. (Año 4 de la olimpiada LXXII, 489 antes de J. C.)

Post hoc prælium, classem septuaginta navium Athenienses eidem Miltiadi dederunt, ut insulas quæ barbaros adjuverant, bello persequeretur, quo imperio plerasque ad officium redire coegit, nonnullas vi expugnavit. Et his Parum⁵ insulam, opibus elatam, quum oratione⁶ reconciliare non posset, copias

¹ *Pœcile.* Voz griega, que significa cosa de muchos colores. Llamóse así un pórtico de Atenas, por la variedad de pinturas de que estaba adornado.

² *Marathonia.* Llamóse así la batalla del campo en que se dió.

³ *Largitione magistratum.* Por las dádivas que se repartian los magistrados.

⁴ *Demetrio Phalereo.* Poeta, político ó historiador, á quien favoreció mucho Casandro, quien con la mucha autoridad que tenia en Atenas, le hizo erigir tantas estatuas.

⁵ *Parum.* Una de las islas Cícladas.

⁶ *Oratione.* Por persuasion, ó con razones.

e navibus eduxit, urbem operibus clausit⁴, omnique commeatu privavit⁵; deinde, vineis⁶ ac testudinibus⁷ constitutis, propius muros accessit. Quum jam in eo esset ut oppido potiretur, procul in continenti lucus, qui ex insulâ conspiciebatur, nescio quo casu, nocturno tempore incensus est: cujus flamma ut ab oppidanis et oppugnatoribus est visa, utrisque venit in opinionem, signum a classariis regis⁸ datum. Quo factum est ut et Parii a deditione deterrerentur, et Miltiades, timens ne classis regia adventaret, incensis operibus quæ staturat, cum totidem navibus atque erat profectus, Athenas magnâ cum offensione civium suorum rediret. Accusatus ergo prodicionis, quòd, quum Parum expugnare posset, a rege⁹ corruptus, infectis rebus⁷ discessisset. Eo tempore æger erat vulneribus, quæ in oppugnando oppido acceperat. Itaque, quoniam ipse pro se dicere non posset,

⁴ Operibus clausit. La bloqueo con trincheras.

⁵ Commeatu privavit. Le cortó los viveres.

⁶ Vineis. Máquinas militares, formadas de vigas, trabadas fuertemente con mimbres, á manera de enrejado de las parras. Cubiertos de estas máquinas avanzaban los soldados á dar el asalto.

⁷ Testudinibus. Máquinas militares, que imitando la concha de la tortuga, formaban con los escudos para dar el asalto. Testudo significa tambien otra máquina hecha de tablas, que servia á los sitiadores para adelantar los trabajos. De esta última parece hablarse aqui.

⁸ A classariis regis. Por los de la armada naval del rey.

⁹ A rege. Por el rey de Persia, á quien llamaban rey como por antonomasia.

⁷ Infectis rebus. Sin llevar la empresa al cabo.

verba fecit frater ejus Tisagoras. Causâ cognitâ, captis absolutus, pecuniâ multatus est, eaque lis quinquaginta talentis æstimata est⁴, quantus in classem sumptus factus erat. Hanc pecuniam quòd solvere in præsentia non poterat, in vincula publica coniectus est, ibique diem obiit supremum.

CAPÍTULO VIII.

La verdadera causa de la condenacion de Milciades es el temor que tenia el pueblo de que usurpase el poder supremo.

Hic etsi crimine pario² est accusatus, tamen alia fuit causa damnationis. Namque Athenienses, propter Pisistrati⁵ tyrannidem, quæ paucis annis antè fuerat, omnium suorum civium potentiam extimescebant. Miltiades, multum in imperiis magistratibusque³ versatus, non videbatur posse esse privatus: præsertim quum consuetudine ad imperii cupiditatem trahi⁶ videretur. Nam Chersonesi, omnes illos quos habitarat annos, perpetuam obtinuerat dominationem, tyrann-

⁴ Ea lis quinquaginta talentis æstimata est. La tasa de la multa en esta causa fué cincuenta talentos. Hay muchas disputas sobre el valor del talento ático ó ateniense.

² Crimine pario accusatus. Acusado del delito de no haber tomado á Paro.

⁵ Pisistrati. Pisistrato habia llegado en Atenas á levantarse con el mando absoluto de todo, no habiendo sido antes sino un ciudadano particular.

³ In imperiis magistratibusque. En lo militar y en lo civil.

⁶ Trahi. Dejarse llevar.

nusque⁴ fuerat appellatus, sed justus. Non erat enim vi consecutus, sed suorum voluntate; eamque potestatem bonitate retinuerat. Omnes autem et habentur et dicuntur tyranni, qui potestate sunt perpetuá in eá civitate quæ libertate usa est. Sed in Milíade erat quum summa humanitas, tum mira comitas, ut nemo tam humilis esset cui non ad eum aditus pateret: magna auctoritas apud omnes civitates, nobile nomen, laus rei militaris maxima. Hæc populus respiciens, maluit eum innoxium plecti, quàm se diutius esse in timore⁵.

II.

TEMÍSTOCLES,

HIJO DE NEOCLO, ATENIENSE.

CAPÍTULO I.

Themistocles, desheredado por su padre á causa de los desórdenes de su juventud, vuelve sobre sí, y procura acreditarse entregándose á los negocios públicos. (Hácia la olimpiada LXX, 500 antes de J. C.)

Themistocles, Neoclis filius, Atheniensis. Hujus vitia ineuntis adolescentiæ magnis sunt emendata virtutibus, adeo ut anteferatur huic nemo, pauci patentur. Sed ad initio est ordiendum. Pater ejus

⁴ Tyrannus. Rey.

⁵ In timore. De que Milciades se levantase con el mando.

Neocles generosus fuit. Is uxorem acharnanam civem⁴ duxit, ex quâ natus est Themistocles. Qui quum minùs esset probatus parentibus, quòd et liberius vivebat, et rem familiarem negligebat, a patre exheredatus est. Quæ contumelia non fregit eum, sed erexit⁵: nam quum judicasset, sine summâ industriâ non posse eam exstingui, totum se dedit reipublicæ, diligentius amicis famæque serviens⁶. Multum in judiciis privatis⁷ versabatur; sæpe in concionem populi prodibat⁸: nulla res major sine eo gerebatur; celeriterque, quæ opus erant, reperiebat, facili eadem oratione explicabat. Neque minùs in rebus gerendis promptus, quàm excogitandis erat: quòd « et de instantibus⁹ (ut ait Thucydides) verissimè judicabat, et de futuris callidissimè conjiciebat. » Quo factum est ut brevi tempore illustraretur⁷.

⁴ Acharnanam civem. Ciudadana de Acarnes. Otros juzgan que esta mujer era de Halicarnaso.

⁵ Non fregit eum, sed erexit. No le acobardó, sino le alentó.

⁶ Diligentius amicis famæque serviens. Procurando con más empeño ganar amigos y crédito.

⁷ In judiciis privatis. En las causas privadas.

⁸ In concionem populi prodibat. Hablaba en público en las juntas del pueblo.

⁹ De instantibus. De los presentes.

⁷ Illustraretur. Se hiciese famoso.

nusque⁴ fuerat appellatus, sed justus. Non erat enim vi consecutus, sed suorum voluntate; eamque potestatem bonitate retinuerat. Omnes autem et habentur et dicuntur tyranni, qui potestate sunt perpetuá in eá civitate quæ libertate usa est. Sed in Milíade erat quum summa humanitas, tum mira comitas, ut nemo tam humilis esset cui non ad eum aditus pateret: magna auctoritas apud omnes civitates, nobile nomen, laus rei militaris maxima. Hæc populus respiciens, maluit eum innoxium plecti, quàm se diutius esse in timore².

II.

TEMÍSTOCLES,

HIJO DE NEOCLO, ATENIENSE.

CAPÍTULO I.

Themistocles, desheredado por su padre á causa de los desórdenes de su juventud, vuelve sobre sí, y procura acreditarse entregándose á los negocios públicos. (Hácia la olimpiada LXX, 500 antes de J. C.)

Themistocles, Neoclis filius, Atheniensis. Hujus vitia ineuntis adolescentiæ magnis sunt emendata virtutibus, adeo ut anteferatur huic nemo, pauci patentur. Sed ad initio est ordiendum. Pater ejus

⁴ Tyrannus. Rey.

² In timore. De que Milcíades se levantase con el mando.

Neocles generosus fuit. Is uxorem acharnanam civem⁴ duxit, ex quâ natus est Themistocles. Qui quum minús esset probatus parentibus, quòd et liberius vivebat, et rem familiarem negligebat, a patre exheredatus est. Quæ contumelia non fregit eum, sed erexit²: nam quum judicasset, sine summâ industriâ non posse eam exstingui, totum se dedit reipublicæ, diligentius amicis famæque serviens³. Multum in judiciis privatis⁵ versabatur; sæpe in concionem populi prodibat⁶: nulla res major sine eo gerebatur; celeriterque, quæ opus erant, reperiebat, facillè eadem oratione explicabat. Neque minús in rebus gerendis promptus, quàm excogitandis erat: quòd « et de instantibus⁶ (ut ait Thucydides) verissimè judicabat, et de futuris callidissimè conjiciebat. » Quo factum est ut brevi tempore illustraretur⁷.

⁴ Acharnanam civem. Ciudadana de Acarnes. Otros juzgan que esta mujer era de Halicarnaso.

² Non fregit eum, sed erexit. No le acobardó, sino le alentó.

³ Diligentius amicis famæque serviens. Procurando con más empeño ganar amigos y crédito.

⁵ In judiciis privatis. En las causas privadas.

⁶ In concionem populi prodibat. Hablaba en público en las juntas del pueblo.

⁶ De instantibus. De los presentes.

⁷ Illustraretur. Se hiciese famoso.

CAPÍTULO II.

Themistocles se distingue en la guerra de Córcira y en la de los Persas. (Año 4 de la olimpiada LXXIV, 481 antes de J. C.)

Primus autem gradus fuit capessendæ reipublicæ bello corcyraeo¹: ad quod gerendum prætor a populo factus, non solum præsentis bello², sed etiam reliquo tempore, ferociorem³ reddidit civitatem. Nam quum pecunia publica, quæ ex metallis⁴ redibat, largitione magistratum quotannis interiret, ille persuasit populo ut eâ pecuniâ classis centum navium ædificaretur⁵. Quâ celeriter effectâ, primùm Corcyraeos fregit; deinde, maritimos prædones consecrando, mare tutum reddidit. In quo tum divitiis ornavit, tum etiam peritissimos belli navalis fecit Athenienses. Id quantæ salutis fuerit universæ Græciæ, bello cognitum est persico, quum Xerxes⁶ et mari et terrâ bellum universæ inferret Europæ, cum tantis copiis, quantas neque antea neque postea habuit quisquam. Hujus enim classis mille et ducentarum navium lon-

¹ *Bello corcyraeo*. En la guerra de Córcira. No se sabe bien, qué guerra fuere esta entre los Atenienses y los de la isla de Córcira (hoy Corfú).

² *Præsentis bello*. Mientras duró esta guerra.

³ *Ferociorem*. Mas belicosa, guerrera.

⁴ *Ex metallis*. De las minas.

⁵ *Ædificaretur*. Se construyese.

⁶ *Xerxes*. Hijo de Darío, rey de Persia.

garum¹ fuit, quam duo millia onerariarum² sequebantur; terrestres autem exercitus septingentorum millium peditum, equitum quadringentorum millium fuerunt. Cujus de adventu quum fama in Græciam esset perlata, et maximè Athenienses peti dicerentur³, propter pugnam marathoniã, miserunt Delphos consultum, quidnam facerent de rebus suis. Deliberantibus Pythia respondit ut mœnibus ligneis se munirent. Id responsum quò valeret⁴ quum intellexeret nemo, Themistocles persuasit consilium esse Appollinis ut in raves se suaque conferrent; eum enim a deo significari murum ligneum. Tali consilio probato, addunt ad superiores totidem naves triremes, suaque omnia, quæ moveri poterant, partim Salamina⁵, partim Trœzena⁶ asportant; arcem sacerdotibus paucisque majoribus natu ac sacra procuranda⁷ tradunt, reliquum oppidum relinquunt.

¹ *Navium longarum*. Las naves que llamaban largas, eran en las que se combatía, y así las podemos llamar navios de guerra.

² *Onerariarum*. Las naves de carga las podemos llamar de transporte.

³ *Maximè Athenienses peti dicerentur*. Se decía que tenía principalmente puesta la mira contra los Atenienses.

⁴ *Quò valeret*. A qué aludía.

⁵ *Salamina*. Isla entre Atenas y el Peloponeso.

⁶ *Trœzena*. Ciudad hácia el mismo puesto.

⁷ *Sacra procuranda*. Las cosas sagradas para guardarlas, ó para ofrecer sacrificios.

CAPÍTULO III.

Themistocles sostiene con buen resultado un combate cerca de Artemisio, promontorio de la Eubea. (Año 1.º de la olimpiada LXXV, 480 antes de J. C.)

Hujus consilium plerisque civitatibus displicebat, et in terrâ dimicari magis placebat. Itaque missi sunt delecti cum Leonidâ, Lacedæmoniorum rege, qui Thermopylas¹ occuparent, longiusque barbaros progredi non paterentur. Hi vim hostium non sustinuerunt, eoque loco omnes interierunt. At classis communis Græciæ trecentarum navium, in quâ ducentæ erant Atheniensium, primûm apud Artemisium², inter Eubœam continentemque terram, cum classiariis regis conflixit: angustias enim Themistocles querebat, ne multitudine circumiretur. Hic etsi pari prælio³ discesserant, tamen eodem loco non sunt ausi manere, quòd erat periculum ne, si pars navium adversariorum Eubœam superasset, ancipiti premerentur periculo⁴. Quo factum est ut ab Artemisio discede-

¹ *Thermopylas*. Voz griega compuesta de *thermos*, que significa caliente, y *pylos*, que significa puerta. Llámase en latin *Thermopylæ* unas estrechuras, ó gargantas de montes, en que nacian varias fuentes de agua caliente. Estas gargantas eran como la puerta para pasar desde la Tesalia á la Beocia.

² *Artemisium*. Promontorio de este nombre.

³ *Pari prælio*. Sin ventaja ni de una ni de otra parte.

⁴ *Ancipiti premerentur periculo*. Se hallasen en peligro por uno y otro lado.

rent, et exadversum¹ Athenas, apud Salamina, classem suam constituerent.

CAPÍTULO IV.

Jerjes es vencido con una estratagema cerca de Salamina. (Olimpiada LXXVI, 480 antes de J. C.)

At Xerxes, Thermopylis expugnatis, protinus accessit Astu²; idque, nullis defendentibus, interfectis sacerdotibus quos in arce invenerat, incendio delevit. Cujus flammâ perterriti classiarii, quum manere non auderent, et plurimi hortarentur ut domos suas quisque discederent, mœnibusque se defenderent, Themistocles unus restitit, et universos esse pares³ posse aiebat, dispersos testabatur perituros; idque Eurybiadi⁴, regi Lacedæmoniorum, qui tum summæ imperii præerat, fore affirmabat. Quem quum minùs, quàm vellet, moveret, noctu de servis suis quem habuit fidelissimum, ad regem misit, ut ei nuntiaret suis verbis, « Adversarios ejus in fugâ esse⁵; qui si

¹ *Exadversum Athenas*. En frente de Atenas. En autores castizos se encuentra algunas veces *exadversum*, y tambien *ex adversus*, en lugar de *adversum* y *adversus*.

² *Astu*. Voz griega, que significa ciudad. Pues así como entre los Romanos la palabra *Urbs* significaba á Roma por antonomasia, así tambien á Atenas entre los Griegos la voz *Astu*.

³ *Universos esse pares*. Que todos juntos ó unidos podrían resistir.

⁴ *Eurybiadi*. Este habia sucedido á Leónidas, que pereció en la batalla de Termópila.

⁵ *In fuga esse*. Que se están disponiendo á la fuga.

« discessissent¹, majore cum labore et longinquiore tempore bellum confecturum, quum singulos con-
 « sectari cogeretur; quos si statim aggrediretur,
 « brevi universos oppressurum. » Hoc eò valebat ut
 ingratiis ad depugnandum omnes cogerentur. Hac re
 audilâ, barbarus², nihil doli subesse credens, pos-
 tridie alienissimo sibi loco, contrâ opportunissimo
 hostibus, adeo angustò mari conflixit, ut ejus mul-
 titudo navium explicari non potuerit. Victus ergo est,
 magis consilio Themistoclis, quàm armis Græciæ.

CAPÍTULO V.

Jerjes es echado de Europa. (Olimpiada LXXV, 480
 antes de J. C.)

Hic etsi malè rem gesserat, tamen tantas habebat
 reliquias copiarum, ut etiam cum his opprimere pos-
 set hostes. Iterum ab eodem gradu depulsus est³.
 Nam Themistocles, verens ne bellare perseveraret,
 certiore eum fecit, « Id agi, ut⁴ pons, quem ille in
 Hellesponto fecerat, dissolveretur, ac reditu in Asiam
 excluderetur; » idque ei persuasit. Itaque, quâ sex
 mensibus iter fecerat, eadem minùs diebus triginta
 in Asiam reversus est: sequè a Themistocle non su-
 peratum, sed conservatum judicavit. Sic unius viri

¹ Qui si discessissent. Que si una vez lograban el huir.

² Barbarus. Jerjes.

³ Ab eodem gradu depulsus est. Le hizo dejar la situa-
 cion en que se hallaba.

⁴ Id agi ut. Que se trataba de.

prudentiâ Græcia liberata est, Europæque succubuit
 Asia. Hæc altera victoria, quæ cum marathonio pos-
 sit comparari tropæo¹: nam pari modo apud Sala-
 mina, parvo numero navium, maxima post hominum
 memoriam classis est devicta.

CAPÍTULO VI.

Después de haber concluido la guerra, Temistocles resta-
 blece las murallas de Atenas. (Año 5 de la olimpia-
 da LXXV, 478 antes de J. C.)

Magnus in hoc bello Themistocles fuit, nec minor
 in pace. Quum enim phalerico portu, neque magno
 neque bono, Athenienses uterentur, hujus consilio
 triplex Piræi portus² constitutus est; isque mœnibus
 circumdatus, ut ipsam urbem dignitate æquipararet,
 utilitate superaret. Idem muros Atheniensium resti-
 tuit præcipuo periculo suo³. Namque Lacedæmonii,
 causam idoneam nacti, propter barbarorum excur-
 siones, quâ negarent oportere⁴ extra Peloponnesum
 ullam urbem muros habere, ne essent loca munita quæ
 hostes possiderent, Athenienses ædificantes prohib-

¹ Tropæo. Trofeos militares se llamaban aquellos monu-
 mentos ó memorias que erigian los vencedores en los países
 conquistados.

² Triplex Piræi portus. Se hicieron tres muelles en el
 puerto Pireo (puerto célebre de Atenas).

³ Præcipuo periculo suo. Con mayor peligro suyo que da
 otro ninguno. Así se verá en el paradero que tuvo después
 Temistocles.

⁴ Quâ negarent oportere. Para decir que no convenia.

bere sunt conati. Hoc longè aliò spectabat atque videri volebant. Athenienses enim duabus victoriis, marathonià et salaminia, tantam gloriam apud omnes gentes erant consecuti, ut intelligerent Lacedæmonii de principatu sibi cum his certamen fore¹; quare eos quàm infirmísimos esse volebant. Postquam autem audierunt muros instrui, legatos Athenas miserunt, qui id fieri vetarent. His præsentibus desierunt, ac se de eà re legatos ad eos missuros dixerunt. Hanc legationem suscepit Themistocles, et solus primò profectus est; reliqui legati ut tum exirent, quum satis altitudo muri exstructa videretur, præcepit; interim omnes servi atque liberi opus facerent, neque ulli loco parcerent, sive sacer esset, sive profanus, sive privatus, sive publicus; et undique, quod idoneum ad muniendum putarent, congererent. Quo factum est ut Atheniensium muri ex sacellis sepulcrisque constarent².

CAPÍTULO VII.

Themistocles rebate las injustas quejas de los Lacedemonios y los reprende vivamente, despues de haberlos engañado con astucia. (Año 5 de la olimpiada LXXV, 578 antes de J. C.)

Themistocles autem, ut Lacedæmonem venit, adire ad magistratus noluit, et dedit operam ut quàm lon-

¹ De principatu sibi cum his certamen fore. Que tendrian que altercar con ellos sobre la primacia ó superioridad.

² Ex sacellis sepulcrisque constarent. Se hicieron con materiales de los lugares sagrados y de los sepulcros.

gissimè tempus duceret, causam interponens¹ se collegas expectare. Quum Lacedæmonii quererentur opus nihilominus fieri, eumque in eà re conari fallere, interim reliqui legali sunt consecuti. A quibus quum audisset non multum superesse munitionis², ad ephoros³ Lacedæmoniorum accessit, penes quos summum imperium erat, atque apud eos contendit falsa his esse delata: quare æquum esse illos⁴ bonos viros nobilesque mittere, quibus fides haberetur, qui rem explorarent; interea se obsidem retinerent. Gestus est ei mos; tresque legati, functi summis honoribus⁵, Athenas missi sunt. Cum his collegas suos Themistocles jussit proficisci; eisque prædixit ut ne prius Lacedæmoniorum legatos dimitterent, quàm ipse esset remissus. Hos postquam Athenas pervenisset raturus est, ad magistratum senatumque Lacedæmoniorum adiit, et apud eos liberrimè professus est⁶, « Athenienses suo consilio, quod communi jure gentium facere possent, deos publicos⁷, suosque patrios⁸

¹ Causam interponens. Dando por causa.

² Non multum superesse munitionis. Que ya no faltaba mucho para acabarse los muros.

³ Ad ephoros. Supremos senadores de que ya volverá á hablar Nepote.

⁴ Illos. Los Lacedemonios.

⁵ Functi summis honoribus. Hombres que habian tenido ya los mayores empleos.

⁶ Liberrimè professus est. Declaró con grande libertad.

⁷ Deos publicos. Los dioses que toda la Grecia adoraba.

⁸ Patrios. Los dioses que en Atenas se veneraban con especialidad.

ac penates¹, quò faciliùs ab hoste possent defendere, muris sepsisse; neque in eo, quod inutile esset Græciæ, fecisse: nam illorum urbem ut propugnaculum oppositam esse barbaris, apud quam jam bis classes regias fecisse naufragium². Lacedæmonios autem malè et injustè facere, qui id potiùs intuerentur, quod ipsorum dominationi, quàm quod universæ Græciæ utile esset. Quare, si suos legatos recipere vellent, quos Athenas miserant, se remitterent; aliter illos nunquam in patriam recepturi.»

CAPÍTULO VIII.

Themistocles desterrado busca por todas partes su salvacion en la fuga. (Año 2 de la olimpiada LXXVII, 471 antes de J. C.)

Tamen non effugit civium suorum invidiam: namque ob eundem timorem³, quo damnatus erat Milliades, testarum suffragiis e civitate ejectus⁴, Ar-

¹ *Penates*. Los dioses caseros, ó que presidian á cada casa ó edificio.

² *Fecisse naufragium*. Metáfora para decir que habia sido vencida la armada de los reyes.

³ *Ob eundem timorem*. Véase el capítulo último de la vida de Milciades.

⁴ *Testarum suffragiis e civitate ejectus*. Condenado á destierro por el *ostracismo*. Este género de destierro era peculiar de los Atenienses y se procedia en él de esta forma. 1º. Se juntaba el pueblo. 2º. A cada ciudadano se le daba una piedrecita ó pedacito de barro de cierta hechura, *testa* ó *testula*. 3º. Cada uno escribia en la piedrecita el nombre de aquel que queria fuese desterrado. 4º. Todas las pie-

gos⁴ habitatum concessit. Hic quum propter multas ejus virtutes magnà cum dignitate viveret, Lacedæmonii legatos Athenas miserunt, qui eum absentem accusarent, quòd societatem cum rege Persarum, ad Græciam opprimendam, fecisset. Hoc crimine² absens prodilionis est damnatus. Id ut audivit, quòd non satis tutum se Argis videbat, Coreyram demigravit. Ibi quum ejus principes civitatis animadvertisset timere, ne propter se bellum his Lacedæmonii et Athenienses indicerent, ad Admetum, Molossorum regem⁵, cum quo ei hospitium⁶ fuerat, confugit. Huc quum venisset, et in præsentia rex abesset, quò majore religione se receptum tueretur, filiam ejus parvulam arripuit⁷, et cum eà se in sacrarium, quod summà colebatur cærimonià, coniecit. Inde non priùs

drecitas se echaban en una urna ó cántaro. 3º. Los jueces que presidian regulaban los votos. 6º. La sentencia se daba á pluralidad de votos, segun algunos autores; aunque otros dicen que era necesario el exceso de seis mil votos contrarios para la sentencia de destierro. Esta especie de juicio se estableció contra aquellos, cuyo poder causaba rezelos á la libertad pública. Llámase *ostracismo* de una palabra griega, que significa las piedrecitas ó testulas de que se usaba.

⁴ *Argos*. Aunque hubo varias ciudades de este nombre, parece que aquí se habla de Argos del Peloponeso en Acaya.

² *Hoc crimine*. Por esta acusacion.

⁵ *Molossorum regem*. Rey de Molosia en Épiro.

⁶ *Hospitium*. Tratado de hospitalidad, en fuerza del cual se recibian mutuamente en las necesidades.

⁷ *Filiam ejus parvulam arripuit*. Se asió de una niña, hija del rey. Toda persona real servia de asilo ó sagrado á cualquiera que se asiese de ella.

egressus est, quàm rex eum, datâ dextrâ, in fidem reciperet; quam præstitit¹. Nam quum ab Atheniensibus et Lacedæmoniis exposceretur publicè², supplicem non prodidit, monuitque ut consuleret sibi: difficile enim esse in tam propinquo loco tutò eum versari. Itaque Pydnam³ eum deduci iussit, et quod satis esset præsidii, dedit. Hic in navem omnibus ignotus nautis ascendit: quæ quum tempestate maximâ Naxum⁴ ferretur, ubi tum Atheniensium erat exercitus, sensit Themistocles, si cò pervenisset, sibi esse pereandum. Hac necessitate coactus, domino navis, qui sit, aperit, multa pollicens, si se conservasset. At ille, clarissimi viri captus misericordiâ, diem noctemque procul ab insulâ in salo⁵ navem tenuit in ancoris, neque quemquam ex eâ exire passus est. Inde Ephesum⁶ pervenit, ibique Themistoclem exponit⁷. Cui ille pro meritis gratiam postea retulit.

CAPÍTULO IX.

Themistocles escribe á Artajerjes. (Hacia el año 5 de la olimpiada LXXVII, 470 antes de J. C.)

Scio plerosque ita scripsisse, Themistoclem, Xerxe regnante, in Asiam transiisse; sed ego potissimum

¹ *In fidem reciperet; quam præstitit.* Le diese su palabra real, que le guardó.

² *Publicè.* En nombre del pueblo.

³ *Pydnam.* Ciudad de Macedonia.

⁴ *Naxum.* Una isla entre las Cieladas.

⁵ *In salo.* La alta mar se suele llamar *salum*.

⁶ *Ephesum.* Ciudad marítima de la Jonia en Asia.

⁷ *Exponit.* Pone en tierra.

Thueydidi credo, quòd ætate proximus erat his qui illorum temporum historiam reliquerunt, et ejusdem civitatis fuit. Is autem ait ad Artaxerxem¹ eum venisse, atque his verbis epistolam misisse: « Themistocles
» veni ad te, qui plurima mala omnium Graiorum in
» domum tuam intuli, quum mihi necesse fuit ad-
» versùs patrem tuum² bellare, patriamque meam
» defendere. Idem multò plura bona feci, postquam
» in tuto ipse, et ille in periculo esse cœpit. Nam,
» quum in Asiam reverti vellet, prælio apud Sala-
» mina factò, litteris eum certorem feci, id agi, ut
» pons, quem in Hellesponto fecerat, dissolve-
» retur, atque ab hostibus circumiretur; quò nuntio
» ille periculo est liberatus. Nunc autem confugi ad
» te, exagitatus³ a cunctâ Græciâ, tuam petens ami-
» citiam: quam si ero adeptus, non minùs me bonum
» amicum habebis, quàm fortem inimicum ille ex-
» pertus est. Ea autem rogo⁴, ut de his rebus⁵, quas
» tecum colloqui volo, annum mihi temporis des,
» eoque transacto, ad te venire patiaris. »

CAPÍTULO X.

Themistocles aprende la lengua de los Persas: Artajerjes lo regala tres ciudades. Su muerte, su sepultura. (Año 5 de la olimpiada LXXVIII, 466 antes de J. C.)

Hujus rex animi magnitudinem admirans, cupiens-

¹ *Ad Artaxerxem.* El que se llamó *Longimanus*.

² *Patrem tuum.* Jerjes.

³ *Exagitatus.* Perseguido, ó echado de otras partes.

⁴ *Ea autem rogo.* Lo que te pido es.

⁵ *Ut de his rebus.* Que para los puentes.

que talem virum sibi conciliari, veniam dedit¹. Ille omne illud tempus litteris sermonique Persarum dedit: quibus adeo eruditus est, ut multò commodiùs dicatur apud regem verba fecisse, quàm hi poterant, qui in Perside erant nati. Hic quum multa regi esset pollicitus, gratissimumque illud, si suis uti consiliis vellet, illum Græciam bello oppressurum, magnis muneribus² ab Artaxerxe donatus, in Asiam rediit, domiciliumque Magnesiæ³ sibi constituit. Namque hanc urbem ei rex donarat, his quidem verbis, « quæ » ei panem præberet⁴ » (ex quâ regione quinquaginta ei talenta quotannis redibant); « Lampsacum⁵ autem » unde vinum sumeret⁶; » Myntem⁷ « ex quâ opsonium haberet⁸. » Hujus ad nostram memoriam monumenta manserunt duo: sepulcrum prope oppidum⁹, in quo est sepultus; statuæ in foro Magnesiæ. De ejus morte multimodis apud plerosque scriptum est; sed nos eundem potissimum Thuecydidem aucto-

¹ *Veniam dedit.* Le concedió la gracia que pedia.

² *Magnis muneribus.* Grandes mercedes.

³ *Magnesiæ.* Ciudad del Asia menor.

⁴ *Quæ ei panem præberet.* Que le diese para pan. El terreno de Magnesiá era muy fértil en trigo.

⁵ *Lampsacum.* Ciudad marítima junto al Helesponto, y abundante en vinos generosos.

⁶ *Unde vinum sumeret.* Que le diese para vino.

⁷ *Myntem.* Otra ciudad del Asia menor, abundantísima en pesca.

⁸ *Ex qua opsonium haberet.* Que le diese para el plato.

⁹ *Prope oppidum.* Junto á Atenas, como consta por haberlo enterrado en secreto sus amigos.

rem probamus, qui illum ait Magnesiæ morbo mortuum: neque negat fuisse famam, venenum suâ sponte sumpsisse, quum se, quæ regi de Græciâ opprimendâ pollicitus esset, præstare posse desperaret. Idem, ossa ejus clam in Atticâ¹ ab amicis sepulta, quoniam legibus non concederetur², quòd proditiõnis esset damnatus, memoriæ prodidit.

III.

ARÍSTIDES,

HIJO DE LISÍMACO, ATENIENSE.

CAPÍTULO I.

Aristides, llamado el *Justo*, es desterrado por causa de sus virtudes. (Año 2 de la olimpiada LXXIV, 485 antes de J. C.)

Aristides, Lysimachi filius, Atheniensis, æqualis fere fuit Themistocli. Itaque cum eo de principatu contendit: namque obtrectarunt inter se³. In his autem cognitum est quantò antestaret eloquentia innocentie⁴. Quamquam enim adeo excellebat Aristides

¹ *In Attica.* En el territorio ó cercanías de Atenas.

² *Legibus non concederetur.* Las leyes de Atenas prohibian que el traidor á la patria fuese enterrado en ella.

³ *Obtrectarunt inter se.* Se hicieron mutuamente varias acusaciones.

⁴ *Quantò antestaret eloquentia innocentie.* Cuanto mas podia la elocuencia que la inocencia.

que talem virum sibi conciliari, veniam dedit¹. Ille omne illud tempus litteris sermonique Persarum dedit: quibus adeo eruditus est, ut multò commodiùs dicatur apud regem verba fecisse, quàm hi poterant, qui in Perside erant nati. Hic quum multa regi esset pollicitus, gratissimumque illud, si suis uti consiliis vellet, illum Græciam bello oppressurum, magnis muneribus² ab Artaxerxe donatus, in Asiam rediit, domiciliumque Magnesiæ³ sibi constituit. Namque hanc urbem ei rex donarat, his quidem verbis, « quæ » ei panem præberet⁴ » (ex quâ regione quinquaginta ei talenta quotannis redibant); « Lampsacum⁵ autem » unde vinum sumeret⁶; » Myntem⁷ « ex quâ opsonium haberet⁸. » Hujus ad nostram memoriam monumenta manserunt duo: sepulcrum prope oppidum⁹, in quo est sepultus; statuæ in foro Magnesiæ. De ejus morte multimodis apud plerosque scriptum est; sed nos eundem potissimum Thuecydidem aucto-

¹ *Veniam dedit.* Le concedió la gracia que pedia.

² *Magnis muneribus.* Grandes mercedes.

³ *Magnesiæ.* Ciudad del Asia menor.

⁴ *Quæ ei panem præberet.* Que le diese para pan. El terreno de Magnesiá era muy fértil en trigo.

⁵ *Lampsacum.* Ciudad marítima junto al Helesponto, y abundante en vinos generosos.

⁶ *Unde vinum sumeret.* Que le diese para vino.

⁷ *Myntem.* Otra ciudad del Asia menor, abundantísima en pesca.

⁸ *Ex qua opsonium haberet.* Que le diese para el plato.

⁹ *Prope oppidum.* Junto á Atenas, como consta por haberlo enterrado en secreto sus amigos.

rem probamus, qui illum ait Magnesiæ morbo mortuum: neque negat fuisse famam, venenum suâ sponte sumpsisse, quum se, quæ regi de Græciâ opprimendâ pollicitus esset, præstare posse desperaret. Idem, ossa ejus clam in Atticâ¹ ab amicis sepulta, quoniam legibus non concederetur², quòd proditiõnis esset damnatus, memoriæ prodidit.

III.

ARÍSTIDES,

HIJO DE LISÍMACO, ATENIENSE.

CAPÍTULO I.

Aristides, llamado el *Justo*, es desterrado por causa de sus virtudes. (Año 2 de la olimpiada LXXIV, 485 antes de J. C.)

Aristides, Lysimachi filius, Atheniensis, æqualis fere fuit Themistocli. Itaque cum eo de principatu contendit: namque obtrectarunt inter se³. In his autem cognitum est quantò antestaret eloquentia innocentie⁴. Quamquam enim adeo excellebat Aristides

¹ *In Attica.* En el territorio ó cercanías de Atenas.

² *Legibus non concederetur.* Las leyes de Atenas prohibian que el traidor á la patria fuese enterrado en ella.

³ *Obtrectarunt inter se.* Se hicieron mutuamente varias acusaciones.

⁴ *Quantò antestaret eloquentia innocentie.* Cuanto mas podia la elocuencia que la inocencia.

abstinentiâ ¹, ut unus, post hominum memoriam; quod quidem nos audierimus, cognomine *Iustus* sit appellatus, tamen a Themistocle collabefactus ², testulâ illâ ³, exsilio decem annorum ⁴ multatus est. Qui quidem quum intelligeret reprimi concitatum multitudinem non posse, cedensque animadverteret quemdam scribentem ut patriâ pelleretur, quæsisse ab eo dicitur, quare id faceret, aut quid Aristides commisisset, cur tantâ pœnâ dignus duceretur? Cui ille respondit seignorare Aristidem, sed sibi non placere, quòd tam cupidè elaborasset ut præter ceteros *Iustus* appellaretur. Hic decem annorum legitimam pœnam ⁵ non pertulit. Nam, postquam Xerxes in Græciam descendit ⁶, sexto fere anno quàm erat expulsus, populiscito ⁷ in patriam restitutus est. Interfuit autem pugnæ navali apud Salamina, quæ facta est priùs quàm pœnâ liberaretur.

¹ *Abstinentiâ*. En la moderacion.

² *Collabefactus*. Derribado.

³ *Testulâ illâ*. Con aquella sentençia del ostracismo. Véase la vida de Themistocles, cap. 8, notas.

⁴ *Decem annorum*. Unas veces este destierro era por diez años, otras veces era perpetuo.

⁵ *Legitimam pœnam*. La pena legal.

⁶ *In Græciam descendit*. Acometió la Grecia.

⁷ *Populiscito*. Por decreto y determinacion del pueblo. *Populiscitum* ó *plebiscitum* es término usado en la república romana, del cual se vale Nepote para explicar lo que pasó en Atenas. Compónese de *populus*, ó de *plebs*, y de *scisco*, *is*, *ivi*, *scitum*, *sciscere*, mandar.

CAPÍTULO II.

Aristides llamado á su patria es elegido pretor ó estratega: da á los Atenienses el imperio del mar. (Año 4º. de la olimpiada LXXV, 480 antes de J. C.)

Idem prætor fuit Atheniensium apud Plateas, in prælio quo Mardonius ¹ fusus ², barbarorumque exercitus interfectus est. Neque aliud est ullum hujus ³ in re militari illustre factum, quàm hujus imperii memoria ⁴; justitiæ verò, et æquitatis, et innocentiae, multa; in primis, quòd ejus æquitate factum est ⁵, quum in communi classe esset Græciæ simul cum Pausaniâ, quo duce Mardonius erat fugatus, ut summa imperii maritimi a Lacedæmoniis transferretur ad Athenienses. Namque, ante id tempus, et mari et terrâ duces erant Lacedæmonii; tum autem et intemperantiâ Pausaniæ, et justitiâ factum est Aristidis ⁶, ut omnes fere civitates Græciæ ad Atheniensium societatem se applicarent, et adversus barbaros hos ⁷ duces deligerent sibi, quò faciliùs repellerent, si fortè bellum renovare conarentur.

¹ *Mardonius*. Uno de los capitanes del ejército de Jerjes.

² *Fusus*. Derrotado.

³ *Hujus*. De Aristides.

⁴ *Quàm hujus imperii memoria*. Sino la memoria de haber mandado entonces.

⁵ *In primis, quòd ejus æquitate factum est*. Lo primero, que se debió á su justificacion.

⁶ *Tum autem et intemperantiâ Pausaniæ, et justitiâ factum est Aristidis*. Pero entonces asi por la mala conducta de Pausanias, como por el justificado proceder de Aristides sucedió.

⁷ *Hos*. Los Atenienses.

CAPÍTULO III.

Aristides es tesoro del erario público : muere pobre. (Año 2 de la olimpiada LXXVIII, 467 antes de J. C.)

Ad classes edificandas exercitusque comparandos, quantum pecuniæ quæque civitas daret, Aristides delectus est qui constitueret¹. Ejus arbitrio² quadringena et sexaginta talenta quotannis Delum³ sunt collata : id enim commune ærarium esse voluerunt. Quæ omnis pecunia postero tempore⁴ Athenas translata est. Hic quæ fuerit abstinentiâ nullum est certius indicium, quàm quòd, quum tantis rebus præfuisset, in tantâ paupertate decessit, ut qui efferreretur⁵ vix reliquerit. Quo factum est ut filie ejus publicè⁶ alerentur, et de communi ærario dotibus datis collocarentur⁷. Decessit autem fere post annum quartum quàm Themistocles Athenis erat expulsus.

¹ Qui constitueret. Para tasar.

² Ejus arbitrio. Por su disposicion.

³ Delum. Isla la mas famosa de los Cieladas, especialmente por el templo de Apolo, en el cual, como en erario comun, se depositaban los caudales, y se daban por seguros por el respeto á la religion.

⁴ Postero tempore. Despues, ó con el tiempo.

⁵ Qui efferreretur. Con que ser enterrado.

⁶ Publicè. A expensas del público.

⁷ Collocarentur. Tomasen estado.

IV.

PAUSANIAS,

HIJO DE CLEOMBROTO, LACEDEMONIO.

CAPÍTULO I.

Victoria que alcanza contra Mardonio, con la que se llena de orgullo. (Año 2 de la olimpiada LXXV, 479 antes de J. C.)

Pausanias, Lacedæmonius, magnus homo, sed varius in omni genere vitæ fuit : nam ut virtutibus eluxit, sic vitiis est obrutus¹. Hujus illustrissimum est prælium apud Plataeas : namque, illo duce, Mardonius, satrapes regius, natione Medus, regis gener, in primis omnium Persarum et manu fortis et consilii plenus, cum ducentis millibus peditum, quos virilim legerat², et viginti millibus equitum, haud ita magnâ manu Græciâ fugatus est; eoque ipse dux³ cecidit prælio. Quâ victoriâ elatus, plurima miscere cepit⁴, et majora concupiscere. Sed primùm in eo est reprehensus, quòd ex prædâ tripodem⁵ aureum

¹ Vitiis est obrutus. Se envileció con los vicios.

² Quos virilim legerat. Que él mismo habia escogido cada uno de por sí.

³ Ipse dux. Mardonio.

⁴ Plurima miscere cepit. Empezó á revolverlo todo.

⁵ Tripodem. Tripode, ó banco de tres piés, en que so solia sentar la sacerdotisa para dar los oráculos.

CAPÍTULO III.

Aristides es tesoro del erario público : muere pobre. (Año 2 de la olimpiada LXXVIII, 467 antes de J. C.)

Ad classes edificandas exercitusque comparandos, quantum pecuniæ quæque civitas daret, Aristides delectus est qui constitueret¹. Ejus arbitrio² quadringena et sexaginta talenta quotannis Delum³ sunt collata : id enim commune ærarium esse voluerunt. Quæ omnis pecunia postero tempore⁴ Athenas translata est. Hic quæ fuerit abstinentiâ nullum est certius indicium, quam quòd, quum tantis rebus præfuisset, in tantâ paupertate decessit, ut qui efferreretur⁵ vix reliquerit. Quo factum est ut filie ejus publicè⁶ alerentur, et de communi ærario dotibus datis collocarentur⁷. Decessit autem fere post annum quartum quam Themistocles Athenis erat expulsus.

¹ Qui constitueret. Para tasar.

² Ejus arbitrio. Por su disposicion.

³ Delum. Isla la mas famosa de los Cieladas, especialmente por el templo de Apolo, en el cual, como en erario comun, se depositaban los caudales, y se daban por seguros por el respeto á la religion.

⁴ Postero tempore. Despues, ó con el tiempo.

⁵ Qui efferreretur. Con que ser enterrado.

⁶ Publicè. A expensas del público.

⁷ Collocarentur. Tomasen estado.

IV.

PAUSANIAS,

HIJO DE CLEOMBROTO, LACEDEMONIO.

CAPÍTULO I.

Victoria que alcanza contra Mardonio, con la que se llena de orgullo. (Año 2 de la olimpiada LXXV, 479 antes de J. C.)

Pausanias, Lacedæmonius, magnus homo, sed varius in omni genere vitæ fuit : nam ut virtutibus eluxit, sic vitiis est obrutus¹. Hujus illustrissimum est prælium apud Plataeas : namque, illo duce, Mardonius, satrapes regius, natione Medus, regis gener, in primis omnium Persarum et manu fortis et consilii plenus, cum ducentis millibus peditum, quos virilim legerat², et viginti millibus equitum, haud ita magnâ manu Græciâ fugatus est; eoque ipse dux³ cecidit prælio. Quâ victoriâ elatus, plurima miscere cepit⁴, et majora concupiscere. Sed primùm in eo est reprehensus, quòd ex prædâ tripodem⁵ aureum

¹ Vitiis est obrutus. Se envileció con los vicios.

² Quos virilim legerat. Que él mismo habia escogido cada uno de por sí.

³ Ipse dux. Mardonio.

⁴ Plurima miscere cepit. Empezó á revolverlo todo.

⁵ Tripodem. Tripode, ó banco de tres piés, en que so solia sentar la sacerdotisa para dar los oráculos.

Delphis posuisset, epigrammate scripto¹, in quo erat hæc sententia : SUO DUCTU² BARBAROS APUD PLATEAS ESSE DELETOS, EJUSQUE VICTORIÆ ERGO³, APOLLINI DONUM DEDISSE. Hos versus Lacedæmonii exculpserunt⁴, neque aliud scripserunt quàm nomina earum civitatum quarum auxilio Persæ erant victi.

CAPÍTULO II.

Pausanias toma á Bizancio, y da libertad á los prisioneros persas, enviándolos al rey Jerjes. (Año 4 de la olimpiada LXXV, 477 antes de J. C.)

Post id prælium, eundem Pausaniam cum classe communi Cyprum⁵ atque Hellespontum miserunt, ut ex his regionibus barbarorum præsidia depelleret. Pari felicitate in ea re usus⁶, elatius se gerere cœpit, majoresque appetere res. Nam quum, Byzantio⁷ expugnato, cepisset complures Persarum nobiles, atque in his nonnullos regis propinquos, hos clam Xerxi remisit, simulans ex vinculis publicis effugisse; et cum his Gongylum Eretriensem⁸, qui

¹ Epigrammate scripto. Habiendo puesto una inscripcion.

² Suo ductu. Bajo su mando.

³ Ejusque victoriæ ergo. Y en memoria de esta victoria.

⁴ Exculpserunt. Rayeron.

⁵ Cyprum. La isla de Chipre sobre el Mediterráneo.

⁶ Pari felicitate in ea re usus. Igualmente feliz en esta expedicion.

⁷ Byzantio. Ciudad de Tracia, llamada Constantinopla desde que la reedificó Constantino el Magno.

⁸ Gongylum Eretriensem. Confidente de Pausanias, y natural de Eretria.

litteras regi redderet, in quibus hæc fuisse scripta Thucydides memoriæ prodidit : « Pausanias, dux » Spartæ, quos Byzantii ceperat, postquam propin- » quos tuos cognovit, tibi muneri misit; seque » tecum affinitate conjungi cupit¹. Quare, si tibi » videtur, des ei filiam tuam nuptum. Id si feceris, » et Spartam et ceteram Græciam sub tuam potesta- » tem se, adjuvante te, redacturum pollicetur. His » de rebus si quid geri volueris, certum² hominem » ad eum mittas face³, cum quo colloquatur. » Rex, tot hominum salute, tam sibi necessariorum, magno- » pere gavisus, confestim cum epistolâ Artabazum⁴ ad Pausaniam mittit, in quâ eum collaudat, ac petit ne cui rei parcat ad ea perficienda quæ pollicetur : si fecerit, nullius rei a se repulsam laturum. Hujus⁵ Pausanias voluntate cognitâ, alacrior ad rem gerendam factus, in suspicionem cecidit Lacedæmoniorum. In quo facto⁶ domum revocatus, accusatus capitis, absolvitur; multatur tamen pecuniâ. Quam ob causam ad classem remissus non est.

¹ Tecum affinitate conjungi cupit. Desea emparentar contigo.

² Certum. De quien se pueda fiar.

³ Face. Ya no se usa sino fac.

⁴ Artabazum. Capitan que habia sido en el ejército de Jerjes.

⁵ Hujus. Del rey de Persia.

⁶ In quo facto. Estando manejando este negocio, ó mientras tramaba esto.

CAPÍTULO III.

Pausanias adopta las costumbres extranjeras : es metido en la cárcel. Subleva á los Iotas.

At ille, post non multò, suâ sponte ad exercitum rediit, et ibi non callidâ, sed dementi ratione, cogitata patefecit¹. Non enim mores patrios solùm, sed etiam cultum vestitumque mutavit. Apparatu regio utebatur, veste medicâ²; satellites medi et ægyptii³ sequebantur; epulabatur more Persarum, luxuriosius⁴ quàm qui aderant perpeti possent : aditum petentibus conveniendi non dabat; superbè respondebat, et crudeliter imperabat. Spartam⁵ redire nolebat : Colonas⁶, qui locus in agro Troade est⁷, se contulerat; ibi consilia quum patriæ, tum sibi inimica capiebat. Id postquam Lacedæmonii rescierunt, legatos ad eum cum scytalâ⁸ miserunt, in quâ, more

¹ Non callidâ, sed dementi ratione, cogitata patefecit. No usando de reserva, sino con una especie de locura, empezó á descubrir sus designios.

² Veste medicâ. Se vistió el traje de Medo, ó á la Persiana.

³ Satellites medi et ægyptii. Alabarderos medos y egipcios.

⁴ Luxuriosius. Mas ostentosamente.

⁵ Spartam. Esparta, capital de la Lacedemonia.

⁶ Colonas. Lugar así llamado, desde que allí se fundó una colonia.

⁷ In agro Troade. País del Asia menor, no muy distante del Helesponto.

⁸ Cum scytalâ. Con la carta de oficio, mandándole que volviese. Así se llamaba la carta con que en nombre de la república se mandaba á los Laedemonios ausentes que

illorum, erat scriptum : « nisi domum reverteretur, » se capitis eum damnaturos. » Hoc nuntio commotus, sperans se etiam tum pecuniâ et potentiâ instans periculum posse depellere, domum rediit. Huc ut venit, ab ephoris¹ in vincula publica coniectus est : licet enim legibus eorum cuivis ephoro hoc facere regi². Hinc tamen se expedit : neque eò magis carerebat suspicione; nam opinio manebat eum cum rege³ habere societatem. Est genus quoddam hominum, quod *Helotes*⁴ vocatur, quorum magna multitudo agros Lacedæmoniorum colit, servorumque munere fungitur. Hos quoque sollicitare spe libertatis existimabatur. Sed, quòd harum rerum nullum erat apertum crimen quo argui posset, non putabant de tali tamque claro viro suspicionibus oportere judicari, sed expectandum, dum se ipsa res aperiret.

volviesen á la patria. Algunos son de parecer que estas cartas iban escritas en cierta cifra, que ellos entendian.

¹ Ab ephoris. Magistrados, cuya principal incumbencia era velar sobre aquellos que en la república daban señas de aspirar á la soberanía.

² Regi. Al que se trata como rey.

³ Cum rege. Con el rey de Persia.

⁴ Helotes. Llamábanse así del país de Helos, situado hácia la marina. Su condicion era, al parecer, media entre los libres y los esclavos. Servian para el cultivo de la tierra.

CAPÍTULO IV.

Pausanias escribe á Artabazo : su carta es entregada á los éforos. Estratagema de que estos magistrados se valen para hacerle confesar su crimen en el templo de Neptuno en Ténaro.

Interim Argilius quidam, adolescentulus, quum epistolam a Pausania ad Artabazum accepisset, eique in suspicionem venisset aliquid in eà de se esse scriptum, quòd nemo eorum rediisset, qui super tali causà eodem missi erant, vincula epistolæ laxavit, signoque detracto¹, cognovit, si pertulisset, sibi esse pereundum. Erant in eadem epistolà que ad ea perlinebant, quæ inter regem Pausaniamque convenerant. Has ille litteras ephoris tradidit. Non est prætereunda gravitas Lacedæmoniorum hoc loco : nam ne hujus quidem indicio impulsus sunt, ut Pausaniam comprehenderent; neque prius vim adhibendam putaverunt, quam se ipse indicasset. Itaque huic indici², quid fieri vellent, præceperunt. Fanum Neptuni est Ténari³, quod violari nefas putant Græci. Eò ille index confugit; in arà consedit. Hanc juxta, locum⁴ fecerunt sub terrà, ex quo posset audiri, si quis quid loqueretur cum Argilio; huc ex

¹ *Vincula epistolæ laxavit, signoque detracto.* Además del sello que ponian, solian antiguamente atar las cartas con una especie de cinta. Algunos dicen que era de lino.

² *Huic indici.* A Argilio, que dió el aviso.

³ *Ténari.* Promontorio del Helesponto en la Caonia.

⁴ *Locum.* Un hoyo.

ephoris quidam descenderunt. Pausanias, ut audivit Argilium confugisse in aram, perturbatus eò venit : quem quum supplicem dei¹ videret in arà sedentem, quærit, causæ quid sit tam repentino consilio. Huic ille quid ex litteris comperisset aperit. Modò magis Pausanias perturbatus, orare cœpit ne enuntiaret², nec se, meritum de illo optimè, proderet. Quòd si eam veniam sibi dedisset³, tantisque implicatum rebus sublevasset, magno ei præmio futurum.

CAPÍTULO V.

Pausanias se refugia en un templo consagrado á Minerva. Tapian los éforos la puerta, y muere de hambre.

His rebus ephori cognitis satius putaverunt in urbe eum comprehendi. Quò quum essent profecti, et Pausanias, placato Argilio, ut putabat, Lacedæmonem reverteretur⁴, in itinere, quum jam in eo esset ut comprehenderetur, ex vultu eujusdam ephori, qui eum admoneri cupiebat, insidias sibi

¹ *Supplicem dei.* Clamando al dios Neptuno.

² *Ne enuntiaret.* Que no descubriese nada.

³ *Quòd si eam veniam sibi dedisset.* Que si le hacia esta merced.

⁴ *Quò quum essent profecti, et Pausanias, placato Argilio, ut putabat, Lacedæmonem reverteretur.* Adonde habiendo partido ellos, y volviendo el mismo Pausanias despues de haber, como creia, aquietado á Argilio. Este lugar ha parecido obscuro, porque algunas ediciones omiten la conjuncion et antes de Pausanias; pero poniéndola, cesa la obscuridad.

fieri intellexit. Itaque, paucis antè gradibus¹, quàm qui sequebantur, in ædem Minervæ, quæ *Chalcicæus*² vocatur, confugit. Hinc ne exire posset, statim ephori valvas ejus ædis obstruxerunt, tectumque sunt demoliti, quò faciliùs sub diò interiret. Dicitur eo tempore matrem Pausaniæ vixisse, eamque, jam magno natu, postquam de scelere filii comperit, in primis³, ad filium claudendum, lapidem ad introitum ædis attulisse. Sic Pausanias magnam belli gloriam turpi morte⁴ maculavit. Illic quum semianimis de templo elatus esset, confestim animam efflavit. Cujus mortui corpus quum eòdem nonnulli dicerent inferri oportere, quò hi qui ad supplicium essent dati⁵, displicuit pluribus; et procul ab eo loco infoderunt, quo erat mortuus. Inde posterius dei delphici⁶ responso erutus, atque eodem loco sepultus, ubi vitam posuerat.

¹ *Paucis antè gradibus.* Pocos pasos antes.

² *Chalcicæus.* De metal. Llámase así de una voz griega que quiere decir casa de metal. Algunos son de parecer que todo el templo era de metal; pero mas creible es que las paredes por dentro tuvieran planchas de bronce.

³ *In primis.* Fué una de las primeras personas.

⁴ *Turpi morte.* Con una muerte vergonzosa.

⁵ *Inferri oportere, quò hi qui ad supplicium essent dati.* Que se habia de enterrar en donde se enterraban los ajusticiados.

⁶ *Dei delphici.* De Apolo Delfico. Dicese que en el mismo lugar, para aplacar á Apolo, levantaron los Lacedemonios dos estatuas á Pausanias.

V.

CIMON,

HIJO DE MILCIADES, ATENIENSE.

CAPÍTULO I.

Cimon, detenido en la cárcel por causa de su padre, es puesto en libertad por la generosidad de su mujer.

Cimon, Miliadis filius, Atheniensis, duro admodum initio usus est adolescentiæ¹. Nam, quum pater ejus litem æstimatam² populo solvere non potuisset, ob eamque causam in vinculis publicis decessisset, Cimon eadem custodiâ tenebatur, neque legibus Atheniensium emitti poterat, nisi pecuniam, quâ pater multatus erat, solvisset. Habebat autem in matrimonio sororem germanam suam, nomine Elpiniçeni non magis amore quàm more ductus: nam Atheniensibus licet eodem patre natas uxores ducere. Hujus conjugii cupidus Callias quidam, non tam generosus³ quàm pecuniosus, qui magnas pecunias ex metallis⁴ fecerat, egit cum Cimone ut eam sibi uxorem daret: id si impetrasset, se pro illo pecuniam

¹ *Duro admodum initio usus est adolescentiæ.* Experimentó fuertes trabajos en los primeros años de su juventud.

² *Litem æstimatam.* Véase la vida de Milciades, cap. 7.

³ *Non tam generosus.* No tan noble.

⁴ *Ex metallis.* De las minas.

fieri intellexit. Itaque, paucis antè gradibus¹, quàm qui sequebantur, in ædem Minervæ, quæ *Chalcicæus*² vocatur, confugit. Hinc ne exire posset, statim ephori valvas ejus ædis obstruxerunt, tectumque sunt demoliti, quò faciliùs sub diò interiret. Dicitur eo tempore matrem Pausaniæ vixisse, eamque, jam magno natu, postquam de scelere filii comperit, in primis³, ad filium claudendum, lapidem ad introitum ædis attulisse. Sic Pausanias magnam belli gloriam turpi morte⁴ maculavit. Illic quum semianimis de templo elatus esset, confestim animam efflavit. Cujus mortui corpus quum eòdem nonnulli dicerent inferri oportere, quò hi qui ad supplicium essent dati⁵, displicuit pluribus; et procul ab eo loco infoderunt, quo erat mortuus. Inde posterius dei delphici⁶ responso erutus, atque eodem loco sepultus, ubi vitam posuerat.

¹ *Paucis antè gradibus.* Pocos pasos antes.

² *Chalcicæus.* De metal. Llámase así de una voz griega que quiere decir casa de metal. Algunos son de parecer que todo el templo era de metal; pero mas creible es que las paredes por dentro tuvieran planchas de bronce.

³ *In primis.* Fué una de las primeras personas.

⁴ *Turpi morte.* Con una muerte vergonzosa.

⁵ *Inferri oportere, quò hi qui ad supplicium essent dati.* Que se habia de enterrar en donde se enterraban los ajusticiados.

⁶ *Dei delphici.* De Apolo Delfico. Dicese que en el mismo lugar, para aplacar á Apolo, levantaron los Lacedemonios dos estatuas á Pausanias.

V.

CIMON,

HIJO DE MILCIADES, ATENIENSE.

CAPÍTULO I.

Cimon, detenido en la cárcel por causa de su padre, es puesto en libertad por la generosidad de su mujer.

Cimon, Miliadis filius, Atheniensis, duro admodum initio usus est adolescentiæ¹. Nam, quum pater ejus litem æstimatam² populo solvere non potuisset, ob eamque causam in vinculis publicis decessisset, Cimon eadem custodiâ tenebatur, neque legibus Atheniensium emitti poterat, nisi pecuniam, quâ pater multatus erat, solvisset. Habebat autem in matrimonio sororem germanam suam, nomine Elpiniçeni non magis amore quàm more ductus: nam Atheniensibus licet eodem patre natas uxores ducere. Hujus conjugii cupidus Callias quidam, non tam generosus³ quàm pecuniosus, qui magnas pecunias ex metallis⁴ fecerat, egit cum Cimone ut eam sibi uxorem daret: id si impetrasset, se pro illo pecuniam

¹ *Duro admodum initio usus est adolescentiæ.* Experimentó fuertes trabajos en los primeros años de su juventud.

² *Litem æstimatam.* Véase la vida de Milciades, cap. 7.

³ *Non tam generosus.* No tan noble.

⁴ *Ex metallis.* De las minas.

soluturum. Is quum talem conditionem aspernaretur, Elpinice negavit se passuram ⁴ Miltiadis progeniem in vinculis publicis interire, quoniam prohibere posset ⁵; seque Calliæ nupturam, si ea, quæ polliceretur, præstisset.

CAPÍTULO II.

Hazañas de Cimon junto al río Estrimon, á Anfipolis, á Micalé y á las islas que se habían sublevado.

Tali modo custodia liberatus Cimon, celeriter ad principatum pervenit ². Habebat enim satis eloquentiæ, summam liberalitatem, magnam prudentiam ³ quum juris civilis, tum rei militaris, quòd cum patre a puero in exercitiis fuerat versatus. Itaque hic et populum urbanum ⁵ in suâ tenuit potestate, et apud exercitum plurimum valuit auctoritate. Primum, imperator ⁶, apud flumen Strymona ⁷ magnas copias Thracum sagavit; oppidum Amphipolin constituit ⁸, eoque decem millia Atheniensium in colo-

¹ *Negavit se passuram.* Dijo que no sufriria.

² *Quoniam prohibere posset.* Ya que lo podia impedir.

³ *Ad principatum pervenit.* Llegó á ser el principal de los ciudadanos.

⁴ *Prudentiam.* Pericia.

⁵ *Populum urbanum.* El pueblo que habitaba dentro de la ciudad.

⁶ *Imperator.* Jefe.

⁷ *Strymona.* Río que divide la Tracia de la antigua Macedonia, y desemboca en el mar Egeo.

⁸ *Amphipolin constituit.* Reedificó á Anfipolis, ciudad en la Tracia.

niam misit. Idem iterum apud Mycalen ⁴ Cypriorum et Phœnicum ducentarum navium classem devictam cepit; eodemque die pari fortunâ in terrâ usus est: namque, hostium navibus captis, statim ex classe copias suas eduxit ⁵, barbarorum uno concursu ⁶ maximam vim prostravit. Quâ victoriâ, magnâ prædâ politus, quum domum reverteretur, quòd jam nonnullæ insulæ propter acerbitem imperii ⁴ defeccerant, bene animatas ⁵ confirmavit, alienatas ad officium redire coegit. Scyrum ⁶, quam eo tempore Dolopes ⁷ incolebant, quòd contumaciùs se gesserant, vacuefecit ⁸, sessores veteres ⁹ urbe insulæque ejecit, agros civibus divisit. Thasios ¹⁰, opulentia fretos, suo adventu fregit. His ex manubiis ¹¹ Athenarum arx, quâ ad meridiem vergit, est ornata.

⁴ *Mycalen.* Monte de la Caria, y segun otros una ciudad en la misma provincia.

⁵ *Eduxit.* Hizo desembarcar.

⁶ *Uno concursu.* Con solo un choque.

⁷ *Imperii.* De la dominacion de los Lacedemonios.

⁸ *Bene animatas.* Bien afectas.

⁹ *Scyrum.* Isla del mar Egeo.

¹⁰ *Dolopes.* Pueblos venidos de Tesalia.

¹¹ *Vacuefecit.* Hizo que evacuasen la isla.

⁹ *Sessores veteres.* Los antiguos habitantes.

¹⁰ *Thasios.* Los isleños de Taso, isla vecina á la Tracia.

¹¹ *His ex manubiis.* De los despojos que cogió en estas islas.

CAPÍTULO III.

Cimon es desterrado por el ostracismo; pero, llamado á su patria, restablece la paz entre los Lacedemonios y los Atenienses, y muere en Cicio. (Año 4 de la olimpiada LXXXII, 449 antes de J. C.)

Quibus rebus quum unus in civitate maximè floret¹, incidit in eandem invidiam quam pater suus ceterique Atheniensium principes. Nam testarum suffragiis, quod illi *ostracismum* vocant, decem annorum exsilio multatus est. Cujus facti celeritùs Athenienses, quàm ipsum, pœnituit. Nam, quum ille forti animo invidiæ ingratorum civium cessisset, bellumque Lacedæmonii Atheniensibus indixissent, confestim notæ ejus virtutis desiderium consecutum est². Itaque, post annum quintum quàm expulsus erat, in patriam revocatus est. Ille, quòd hospitio Lacedæmoniorum utebatur³, satius existimans contendere Lacedæmonem, suâ sponte est profectus, pacemque inter duas potentissimas civitates conciliavit⁴. Post neque ita multò, Cyprum cum ducentis navibus imperator missus, quum ejus majorem partem insule devicisset, in morbum implicitus, in oppido Cicio⁵ est mortuus.

¹ *Maximè floretet.* Siendo el que mas sobresalia.

² *Notæ ejus virtutis desiderium consecutum est.* Se experimentó la falta que les hacia su acreditado valor.

³ *Hospitio Lacedæmoniorum utebatur.* Estando, en fuerza del derecho de hospitalidad, retirado en territorio de los Lacedemonios.

⁴ *Conciliavit.* Ajustó.

⁵ *Citio.* Ciudad de Chipre.

CAPÍTULO IV.

Grande liberalidad de Cimon.

Hunc Athenienses, non solùm in bello, sed in pace diu desideraverunt¹. Fuit enim tantâ liberalitate, quum compluribus locis prædia hortosque haberet, ut nunquam in eis custodem imposuerit fructus servandi gratiâ, ne quis impediretur quominus ejus rebus, quibus quisque vellet, frueretur. Semper eum pedisequi² cum nummis sunt secuti, ut, si quis opis ejus indigeret, haberet quod statim daret, ne differendo videretur negare. Sæpe, quum aliquem offensum fortunâ videret minùs bene vestitum, suum amiculum³ dedit. Quotidie sic cœna ei coquebatur⁴, ut, quos invocatos⁵ vidisset in foro, omnes devocaret; quod facere nullum diem prætermittebat. Nulli fides ejus, nulli opera, nulli res familiaris⁶ defuit. Multos locupletavit; complures pauperes mortuos, qui unde efferrentur non reliquissent, suo sumptu extulit. Sic se gerendo, minimè est mirandum si et vita ejus fuit secura, et mors acerba⁷.

¹ *Desideraverunt.* Le echaron menos.

² *Pedisequi.* Criados que le acompañaban. Ahora se llaman lacayos.

³ *Amiculum.* Corresponde ahora á capa, ó casaca.

⁴ *Cœna ei coquebatur.* Se disponia su mesa.

⁵ *Invocatos.* Que nadie hubiese convidado.

⁶ *Res familiaris.* Cuanto tenia en casa.

⁷ *Acerba.* Sentida.

VI.

LISANDRO,

HIJO DE ARISTÓCLITO, LACEDEMONIO:

CAPÍTULO I.

Lisandro termina la guerra del Peloponeso : establece decénviro en las ciudades sometidas. (Año 4 de la olimpiada xciii, 405 antes de J. C.)

Lysander, Lacedæmonius, magnam reliquit sui famam, magis felicitate quàm virtute partam. Athenienses enim, in Peloponnesijs sexto et vicesimo anno bellum gerentes, confecisse¹ apparet : id quàm ratione consecutus sit, latet. Non enim virtute sui exercitûs, sed immodestiâ² factum est adversariorum ; qui, quòd dicto audientes imperatoribus suis non erant³, dispalati in agris⁴, relictis navibus, in hostium venerunt potestatem. Quo facto, Athenienses se Lacedæmonijs dederunt. Hac victoriâ Lysander elatus, quum antea semper factiosus⁵ audaxque

¹ Confecisse. Que acabó de rendir.

² Immodestiâ. Falta de disciplina militar.

³ Dicto audientes imperatoribus suis non erant. No obedían á sus generales.

⁴ Dispalati in agris. Dispersos por los campos.

⁵ Factiosus. Partidario ó amigo de facciones.

fuisset, sic sibi indulisit¹, ut ejus operâ in maximum odium Græciæ Lacedæmonii pervenerint. Nam, quum hanc causam Lacedæmonii dicitassent sibi esse belli, ut Atheniensium impotentem dominationem² refringerent, postquam apud Egos³ flumen Lysander classis hostium est potitus, nihil aliud molitus est quàm ut omnes civitates in suâ teneret potestate, quum id se Lacedæmoniorum causâ⁴ facere simularet. Namque, undique qui Atheniensium rebus studuissent ejectis, decem elegerat in unaquâque civitate, quibus summum imperium potestatemque omnium rerum committeret. Horum in numerum nemo admittebatur, nisi qui aut ejus hospitio contineretur⁵, aut se illius fore proprium fide confirmaret⁶.

CAPÍTULO II.

Lisandro pérfido y cruel contra los habitantes de Tasos.

Ita decemvirali potestate⁷ in omnibus urbibus constitulâ, ipsius nutu omnia gerebantur : cujus de

¹ Sic sibi indulisit. Soltó el freno de tal manera á sus pasiones.

² Impotentem dominationem. La dominacion desenfrenada.

³ Egos. Rio del Quersoneso de Tracia.

⁴ Causâ. En nombre.

⁵ Ejus hospitio contineretur. Que tuviese con él correspondencia de hospitalidad.

⁶ Aut se illius fore proprium fide confirmaret. O le jurasse que estaria en todo á su disposicion.

⁷ Decemvirali potestate. El gobierno de diez cabezas, ó el decenvirato, que habia establecido Lisandro.

crudelitate ac perfidiâ, satis est unam rem, exempli gratiâ, proferre, ne, de eodem plura enumerando, defatigemus lectores. Victor ex Asiâ quum revertetur, Thasumque¹ divertisset, quod ea civitas præcipuâ fide fuerat erga Athenienses, proinde ac si iidem firmissimi solerent esse amici, qui constantes fuissent inimici, eam pervertere² concupivit. Vidit autem, nisi in eo occultasset voluntatem, futurum ut Thasiâ dilaberentur, consulerentque rebus suis³ ***.

CAPÍTULO III.

Lisandro procura abolir la dignidad real en Lacedemonia, y corromper los oráculos. Muere en un combate contra los Tebanos. (Año 2 de la olimpiada xciv, 403 antes de J. C.)

*** Hi decemviralem potestatem ab illo constitutam sustulerunt. Quo dolore incensus, iniit consilia reges Lacedæmoniorum tollere; sed sentiebat id se sinè ope deorum facere non posse, quod Lacedæmonii omnia ad oracula referre consueverant⁴. Primùm

¹ *Thasum*. Véase la vida de Cimon, cap. 2.

² *Eam pervertere*. Ganarla para sí, ó hacer que se volviere al partido contrario á los Atenenses. Otros sienten que *pervertere* significa destruir, derribar. Y en realidad hay no pocas señas de que Lisandro quiso asolar la ciudad de Tasos.

³ *Consulerentque rebus suis*. Aquí queda el sentido imperfecto, por haberse perdido parte del original de Nepote.

⁴ *Omnia ad oracula referre consueverant*. Solian en todo recurrir á los oráculos.

Delphos corrumpere¹ est conatus. Quum id non potuisset, Dodonam² adortus est. Hiuc quoque repulsus, dixit se vota suscepisse quæ Jovi Ammoni³ solveret, existimans se Afros facilius corrupturum. Hac spe quum profectus esset in Africam, multum eum antislites Jovis fefellerunt. Nam non solum corrumpi non potuerunt, sed etiam legatos Lacedæmona miserunt, qui Lysandrum accusarent, quod sacerdotes fani corrumpere conatus esset. Accusatus hoc crimine, iudiciumque absolutus sententiis, Orchomeniis⁴ missus subsidio, occisus est a Thebanis apud Haliartum. Quàm verè de eo foret iudicatum, oratio indicio fuit⁵, quæ post mortem in domo ejus reperta est, in quâ suadet Lacedæmoniiis, ut, regiâ potestate dissolutâ, ex omnibus dux legatur ad bellum gerendum; sed ita scripta, ut deorum videretur congruere sententiæ, quam ille se habiturum, pecuniâ fidens, non dubitabat⁶. Hanc ei scripsisse Cleon⁷ Halicarnasseus dicitur.

¹ *Delphos corrumpere*. Ganar con dinero á los sacerdotes de Delfos.

² *Dodonam*. Ciudad de Épiro, donde habia un templo de Júpiter.

³ *Ammoni*. Oráculo de Júpiter en el Africa.

⁴ *Orchomeniis*. Ciudad de que entonces eran dueños los Tebanos.

⁵ *Oratio indicio fuit*. Sirvió de prueba una oracion.

⁶ *Ut deorum videretur congruere sententiæ, quam ille se habiturum, pecuniâ fidens, non dubitabat*. Que pareciese conforme á los oráculos de los dioses, que fiado en su mucho dinero no dudaba lograr.

⁷ *Cleon*. Sofista de Alicarnaso en Caria.

CAPÍTULO IV.

Lisandro, engañado por Farnabazo, se acusa á sí mismo entregando á los éforos un escrito sustituido en lugar de otro que habia pedido para acreditar su buen proceder.

Atque hoc loco non est prætereundum factum Pharnabazi¹, satrapis regii². Nam quum Lysander, præfectus classis, in bello multa crudeliter avarèque fecisset, deque his rebus suspicaretur ad cives suos esse perlatum, petiit a Pharnabazo ut ad ephoros sibi testimonium daret, quantà sanctitate³ bellum gessisset, sociosque tractasset, deque eà re accuratè scriberet: magnam enim ejus auctoritatem in eà re futuram. Huic ille liberaliter pollicetur: librum gravem multis verbis⁴ conscripsit, in quo summis eum effert laudibus. Quem quum legisset probassetque, dum obsignatur⁵, alterum pari magnitudine, tantà similitudine ut discerni non posset, signatum subjecit⁶, in quo accuratissimè ejus avaritiam perfidiamque accusarat. Hinc Lysander domum quum rediisset, postquam de suis rebus gestis apud maximum magistratum⁷, quæ voluerat, dixerat, testi-

¹ Pharnabazi. Natural de Creta.

² Satrapis regii. Sátrapa ó general del rey de Persia.

³ Quantà sanctitate. Con cuanta rectitud.

⁴ Librum gravem multis verbis. Una atestacion ó certificacion muy difusa.

⁵ Dum obsignatur. Al sellarla.

⁶ Signatum subjecit. Puso en su lugar otra ya sellada.

⁷ Maximum magistratum. El magistrado supremo.

monii loco librum a Pharnabazo datum tradidit. Hunc, summoto¹ Lysandro, quum ephori cognoscent, ipsi legendum dederunt. Ita ille imprudens² ipse suus fuit accusator.

VII.

ALCIBÍADES,

HIJO DE CLINIA, ATENIENSE.

CAPÍTULO I.

Orígen y carácter de Alcibiades.

Alcibiades, Clinia filius, Atheniensis. In hoc natura, quid efficere possit, videtur experta³. Constat enim inter omnes qui de eo memoria prodiderunt, nihil illo fuisse excellentius⁴ vel in vitiis vel in virtutibus. Natus in amplissimà civitate, summo genere, omnium ætatis suæ multò formosissimus, ad omnes res aptus, consiliique plenus. Namque imperator fuit summus et mari et terrâ; disertus, ut in primis dicendo valeret: quòd tanta erat commendatio oris atque orationis⁵, ut nemo ei dicendo posset resis-

¹ Summoto. Haciéndolo salir, retirar.

² Imprudens. Sin saber lo que se hacia.

³ Videtur experta. Parece hizo prueba.

⁴ Excellentius. Mas extremado.

⁵ Commendatio oris atque orationis. La majestad de su semblante y su elocuencia.

CAPÍTULO IV.

Lisandro, engañado por Farnabazo, se acusa á sí mismo engañando á los éforos un escrito sustituido en lugar de otro que habia pedido para acreditar su buen proceder.

Atque hoc loco non est prætereundum factum Pharnabazi¹, satrapis regii². Nam quum Lysander, præfectus classis, in bello multa crudeliter avarèque fecisset, deque his rebus suspicaretur ad cives suos esse perlatum, petiit a Pharnabazo ut ad ephoros sibi testimonium daret, quantà sanctitate³ bellum gessisset, sociosque tractasset, deque eà re accuratè scriberet: magnam enim ejus auctoritatem in eà re futuram. Huic ille liberaliter pollicetur: librum gravem multis verbis⁴ conscripsit, in quo summis eum effert laudibus. Quem quum legisset probassetque, dum obsignatur⁵, alterum pari magnitudine, tantà similitudine ut discerni non posset, signatum subjecit⁶, in quo accuratissimè ejus avaritiam perfidiamque accusarat. Hinc Lysander domum quum rediisset, postquam de suis rebus gestis apud maximum magistratum⁷, quæ voluerat, dixerat, testi-

¹ Pharnabazi. Natural de Creta.

² Satrapis regii. Sátrapa ó general del rey de Persia.

³ Quantà sanctitate. Con cuanta rectitud.

⁴ Librum gravem multis verbis. Una atestacion ó certificacion muy difusa.

⁵ Dum obsignatur. Al sellarla.

⁶ Signatum subjecit. Puso en su lugar otra ya sellada.

⁷ Maximum magistratum. El magistrado supremo.

monii loco librum a Pharnabazo datum tradidit. Hunc, summoto¹ Lysandro, quum ephori cognoscent, ipsi legendum dederunt. Ita ille imprudens² ipse suus fuit accusator.

VII.

ALCIBÍADES,

HIJO DE CLINIA, ATENIENSE.

CAPÍTULO I.

Orígen y carácter de Alcibiades.

Alcibiades, Cliniaë filius, Atheniensis. In hoc natura, quid efficere possit, videtur experta³. Constat enim inter omnes qui de eo memoriae prodiderunt, nihil illo fuisse excellentius⁴ vel in vitiis vel in virtutibus. Natus in amplissimà civitate, summo genere, omnium ætatis suæ multò formosissimus, ad omnes res aptus, consiliique plenus. Namque imperator fuit summus et mari et terrâ; disertus, ut in primis dicendo valeret: quòd tanta erat commendatio oris atque orationis⁵, ut nemo ei dicendo posset resis-

¹ Summoto. Haciéndole salir, retirar.

² Imprudens. Sin saber lo que se hacia.

³ Videtur experta. Parece hizo prueba.

⁴ Excellentius. Mas extremado.

⁵ Commendatio oris atque orationis. La majestad de su semblante y su elocuencia.

tere; dives; quum tempus posceret, laboriosus, patiens, liberalis, splendidus non minùs in vitâ quàm victu¹; affabilis, blandus, temporibus callidissimè inserviens. Idem, simul ac se remiserat, nec causa suberat quare animi laborem perferret², luxuriosus³, dissolutus, libidinosus, intemperans reperiebatur, ut omnes admirarentur in uno homine tantam esse dissimilitudinem, tamque diversam naturam⁴.

CAPÍTULO II.

Su educacion.

Educatus est in domo Pericli⁵ (privignus enim ejus fuisse dicitur)⁶, eruditus a Soerate. Socerum habuit Hipponicum, omnium græcâ linguâ loquentium ditissimum⁷: ut, si ipse fingere vellet, neque plura bona reminisci, neque majora posset consequi, quàm vel fortuna vel natura tribuerat.

¹ Non minùs in vitâ quàm victu. No menos en su regular modo de vivir que en su mesa.

² Animi laborem perferret. De atarearse.

³ Luxuriosus. Ostentoso.

⁴ Tamque diversam naturam. Y unas inclinaciones tan encontradas.

⁵ Periclis. Este Pericles, hijo de Jampes y de Agarifa, fué célebre filósofo y famoso orador en Atenas, y no menos estimado en la pericia militar.

⁶ Privignus. Entenado de Pericles, aunque algunos lo dudán.

⁷ Græcâ linguâ loquentium ditissimum. El mas elocuente de los Griegos: otros leen disertissimum en lugar de ditissimum.

CAPÍTULO III.

Alcibiades, nombrado general de las tropas enviadas contra Siracusa, inspira sospechas á sus conciudadanos. (Año 1º de la olimpiada xcr, 416 antes de J. C.)

Bello peloponnesio, hujus consilio atque auctoritate Athenienses bellum Syracusanis indixerunt: ad quod gerendum ipse dux delectus est. Duo præterea collegæ¹ dati, Nicias et Lamachus. Id quum appareretur, priùs quàm classis exiret, accidit ut unâ nocte omnes Hermæ², qui in oppido erant Athenis, dejicerentur, præter unum qui ante januam Andocidis erat: itaque ille postea Mercurius Andocidis³ vocitatus est. Hoc quum appareret non sinè magnâ multorum consensione esse factum, quòd non ad privatam, sed ad publicam rem pertineret, magnus multitudini timor est injectus, ne qua reptina vis in civitate existeret, quæ libertatem opprimeret populi. Hoc maximè convenire in Alcibiadem videbatur, quòd et potentior et major quàm privatus existimabatur: multos enim liberalitate

¹ Collegæ. Colegas ó asociados, para que no fuese absoluta la autoridad de Alcibiades.

² Hermæ. Las estatuas de Mercurio. Hermæ viene de una palabra griega, que significa interpretacion. El mismo Mercurio, por ser nuncio ó intérprete de los dioses, se llamaba Hermes.

³ Mercurius Andocidis. Llamado así del nombre de Andócides, uno de los diez famosos oradores de Grecia, cuyas vidas escribió Plutarco.

devinxerat, plures etiam operâ forensi suos reddiderat¹. Quare fiebat ut omnium oculos, quotiescumque in publicum prodisset, ad se converteret, neque ei par quisquam in civitate poneretur. Itaque non solum spem in eo habebant maximam, sed etiam timorem, quòd et obesse plurimum et prodesse poterat. Aspergebatur etiam infamiâ², quòd in domo suâ facere mysteria³ dicebatur (quòd nefas erat more Atheniensium); idque non ad religionem, sed ad conjurationem pertinere existimabatur.

CAPÍTULO IV.

Alcibiades es llamado á Atenas. En el camino se escapa de las manos de los que le acompañan, y se refugia en Tebas. Razon con que se excusa de tomar las armas contra su patria. (Año 2 de la olimpiada XCI, 445 antes de J. C.)

Hoc crimine in concione ab inimicis compellabatur. Sed instabat tempus ad bellum proficiscendi. Id ille intuens, neque ignorans civium suorum consuetudinem, postulabat ut, si quid de se agi vellent, potiùs de præsente quæstio haberetur⁴, quàm absens invidiæ crimine accusaretur⁵. Inimici verò ejus, quies-

¹ Operâ forensi suos reddiderat. Los habia ganado defendiendo sus causas.

² Aspergebatur etiam infamiâ. Era tambien tachado.

³ Facere mysteria. Tener juntas secretas de religion. Estas juntas nocturnas de Alcibiades se tenian á honra de Cères.

⁴ Quæstio haberetur. Se le hiciese su proceso.

⁵ Quàm absens invidiæ crimine accusaretur. Que el que en ausencia le hiciesen cargos nacidos de sola envidia.

endum in præsentî¹, quia noceri non posse² intelligebant, et illud tempus exspectandum decreverunt quo exisset, ut sic absentem aggredierentur; itaque fecerunt. Nam, postquam in Siciliam eum pervenisse crediderunt, absentem, quòd sacra violasset, reum fecerunt³. Quâ de re quum ei nuntius a magistratu in Siciliam missus esset, ut domum ad causam dicendam rediret, essetque in magnâ spe provinciæ bene administrandæ⁴, non parere noluit, et in triremem, quæ ad eum deportandum erat missa, ascendit. Hac Thurios⁵ in Italiam pervectus, multa secum reputans de immoderata civium suorum licentiâ crudelitateque erga nobiles, utilissimum ratus impendentem evitare tempestatem, clam se a custodibus subduxit, et inde primùm Elidem⁶, deinde Thebas⁷ venit. Postquam autem se capitis damnatum, bonis publicatis, audivit, et (id quod usu venerat) Eumolpidas⁸ sacerdotes a populo coactos ut se devo-

¹ Quiescendum in præsentî. Que de presente no se habia de entablar la causa.

² Noceri non posse. No se le podia hacer tiro.

³ Quòd sacra violasset, reum fecerunt. Le acusaron de sacrilegio.

⁴ Provinciæ bene administrandæ. De salir bien con su empresa.

⁵ Thurios. Ciudad en el golfo de Taranto.

⁶ Elidem. Ciudad del Peloponeso.

⁷ Thebas. Ciudad que fué capital de Beocia.

⁸ Eumolpidas. Sacerdotes de Cères, llamados asi de Eumolpo, que fué el primero de ellos.

verent¹, ejusque devotionis², quò testator esset memoria, exemplum, in pilà lapideà incisum, esse positum in publico, Lacedæmonem demigravit. Ibi (ut ipse prædicare consueverat) non adversus patriam, sed inimicos suos bellum gessit, quòd iidem hostes essent civitati; nam, quum intelligerent se plurimum prodesse posse reipublicæ, ex eà eiecisse, plusque iræ suæ quàm utilitati communi paruisse. Itaque hujus consilio Lacedæmonii cum Persarum rege amicitiam fecerunt; deinde Deceliam³ in Attica munierunt, præsidioque perpetuo ibi posito, in obsidione Athenas tenuerunt. Ejusdem operâ Ioniam⁴ a societate averterunt Atheniensium: quo facto, multò superiores⁵ bello esse cœperunt.

CAPÍTULO V.

Alcibiades, sospechoso á los Lacedemonios, se acoge á la proteccion de Tisafernes, y se reconcilia con el ejército de los Atenienses. (Año 1.º de la olimpiada xciii, 408 antes de J. C.)

Neque verò his rebus tam amici Alcibiadi sunt facti, quàm timore ab eo alienati. Nam, quum acerimi viri præstantem prudentiam in omnibus rebus

¹ *Se devoverent.* A que le maldijesen. Uno de los oficios de estos sacerdotes era echar maldiciones á los sacrilegos.

² *Devotionis.* De esta especie de anatema.

³ *Deceliam.* Ciudad, la cual, bien fortificada, cortaba á Atenas los viveres y el comercio por tierra.

⁴ *Ioniam.* Provincia ó país del Asia menor.

⁵ *Superiores.* Los Lacedemonios.

cognoscerent, pertinuerunt ne, caritate patriæ ductus¹, aliquando² ab ipsis descisceret, et cum suis in gratiam rediret: itaque tempus ejus interficiendi quærere instituerunt. Id Alcibiadi diutius celeri non potuit: erat enim eà sagacitate, ut decipi non posset, præsertim quum animum attendisset ad cavendum³. Itaque ad Tissaphernem, præfectum regis Darii⁴, se contulit. Cujus quum in intimam amicitiam pervenisset, et Atheniensem, malè gestis in Sicilia rebus, opes senescere⁵, contra Lacedæmoniorum crescere videret, initio cum Pisandro prætor⁶, qui apud Samum⁷ exercitum⁸ habebat, per internumtios⁹ colloquitur, et de reditu suo facit mentionem¹⁰: erat enim eodem, quo Alcibiades, sensu, populi potentiæ non amicus, et optimatum fautor¹¹. Ab hoc destitutus, primùm per Thrasybulum¹², Lyci filium, ab exercitu recipitur, prætorque fit apud Samum. Post,

¹ *Caritate patriæ ductus.* Llevado del amor á la patria.

² *Aliquando.* Al cabo.

³ *Quum animum attendisset ad cavendum.* Cuando ponía cuidado en estar sobre sí.

⁴ *Darii.* Darío, segundo hijo de Artajerjes Longimano.

⁵ *Senescere.* Decaer, flaquear.

⁶ *Prætor.* General, comandante.

⁷ *Samum.* Isla cercana á Éfeso.

⁸ *Exercitum.* De los Atenienses.

⁹ *Internuntios.* Interlocutores, terceros.

¹⁰ *De reditu suo facit mentionem.* Hace proposiciones de volver, mueve pláticas de reconciliacion.

¹¹ *Optimatum fautor.* Del partido de la nobleza.

¹² *Per Thrasybulum.* Por los buenos oficios ó negociacion de Trasibulo.

suffragante Theramene¹, populiscito² restituitur, parique absens imperio³ præficitur simul cum Thrasibulo et Theramene. Horum in imperio, tanta commutatio rerum facta est, ut Lacedæmonii, qui paulò antè victores viguerant, perterriti pacem peterent. Victi enim erant quinque præliis terrestribus, tribus navalibus, in quibus ducentas naves triremes⁴ amiserant, quæ captæ in hostium venerant potestatem. Alcibiades simul cum collegis receperat Ioniam, Hellespontum, multas præterea urbes græcas, quæ in orâ⁵ sitæ sunt Asiæ, quarum expugnaverant complures; in his Byzantium⁶. Neque minùs multas consilio ad amicitiam adjunxerant, quòd in captos clementiâ fuerant usi. Inde, prædâ onusti, locupletato exercitu, maximis rebus gestis, Athenas venerunt.

CAPÍTULO VI.

Acogida que hacen los Atenienses á Alcibiades : se le devuelven todos sus bienes y honores.

His quum obviã universa civitas in Piræum⁷

¹ *Suffragante Theramene.* A influjo de Teramenes.

² *Populiscito.* Por acuerdo ó determinacion del pueblo.

³ *Parique . . . imperio.* Con igual autoridad.

⁴ *Naves triremes.* Galeras, por los tres órdenes de remos que tenían.

⁵ *In orâ.* En la costa.

⁶ *Byzantium.* Ciudad de Tracia, hoy Constantinopla. Algunos son de parecer que no fué tomada por fuerza, sino por inteligencia secreta que en ella tenía Alcibiades.

⁷ *Piræum.* Puerto célebre, que fabricó en Atenas Temistocles. Otros leen *Piræcum*.

descendisset, tanta fuit omnium expectatio visendi Alcibiadis¹, ut ad ejus triremem vulgus conflueret, proinde ac si solus advenisset. Sic enim populo erat persuasum, et adversas superiores, et præsentis secundas res accidisse ejus operâ². Itaque et Siciliæ amissum³, et Lacedæmoniorum victorias culpæ suæ tribuebant, quòd talem virum e civitate expulissent; neque id sinè causâ arbitrari videbantur. Nam, postquam exercitui præesse cœperat, neque terrâ neque mari hostes pares esse potuerant⁴. Hic ut navì egressus est, quamquam Theramenes et Thrasibulus eisdem rebus præfuerant, simulque venerant in Piræum, tamen illum unum omnes prosequabantur⁵; et, id quod nunquam antea usu venerat, nisi Olympiæ victoribus, coronis aureis æneisque⁶ vulgò⁷ donabatur. Ille lacrymans, talem benevolentiam civium suorum accipiebat, reminiscens pristini temporis acerbiter. Postquam Astu venit, concione advocatâ, sic verba fecit, ut nemo tam ferus fuerit, quin ejus casum lacrymarit, inimicumque his se ostend-

¹ *Tanta fuit omnium expectatio visendi Alcibiadis.* Fue tanta en todos la ansia de ver á Alcibiades.

² *Accidisse ejus operâ.* Que él habia sido el autor.

³ *Siciliæ amissum.* La pérdida de Sicilia.

⁴ *Pares esse potuerant.* Les pudieron hacer frente.

⁵ *Prosequabantur.* Le proclamaban ó vitoreaban.

⁶ *Æneisque.* No se halla razon de que hubiesen usado antes las coronas de bronce de que aquí habla Nepote, y aun por eso algunos en lugar de *æneisque* leen *tantisque*. *Tantiis* significan las bandas, cintas, ó listones con que se adornaban la cabeza.

⁷ *Vulgò.* A cada paso, sin cesar, á porfía.

derit, quorum operâ patriâ pulsus fuerat : proinde ac si alius populus, non ille ipse qui tum flebat, eum sacrilegii damnasset. Restituta ergo huic sunt publicè bona, iidemque illi Eumolpidæ sacerdotes rursus resacrare¹ sunt coacti, qui eum devoverant; pilæque illæ, in quibus devotio² fuerat scripta, in mare præcipitata.

CAPÍTULO VII.

Alcibiades se atrae de nuevo la enemistad de los Atenenses. Su expedición á Tracia.

Hæc Alcibiadi lætitiâ non nimis fuit diuturna. Nam, quum ei omnes essent honores decreti³, totaque respublica domi bellique tradita⁴, ut unius arbitrio gereretur, et ipse postulasset ut duo sibi collegæ darentur Thrasybulus et Adimantus, neque id negatum esset, classe in Asiam profectus, quòd apud Cymen⁵ minùs ex sententiâ rem gesserat⁶, in invi-

¹ Resacrare. Levantar el anatema, retractar las imprecaciones, restituírle al derecho de asistir á los sacrificios.

² Devotio. La imprecacion.

³ Decreti. Concedidos.

⁴ Totaque respublica domi bellique tradita. Todo el gobierno civil y militar puesto en sus manos.

⁵ Cymen. Ciudad de la Eolia : es Cyme, Cymes. Llámase también Cuma, Cumæ.

⁶ Minùs ex sententiâ rem gesserat. No le salió la empresa segun la habia proyectado. La culpa la tuvo cierto Antioeo, que atacó la armada enemiga contra la órden de Alcibiades, que estaba ausente para hacer una correria.

diam recidit. Nihil enim eum non efficere posse dicebant : ex quo fiebat, ut omnia minùs prosperè gesta ejus culpæ tribuerent, quum eum aut negligenter aut malitiosè¹ fecisse loquerentur, sicut accidit : nam corruptum a rege, capere Cymen noluisse arguebant. Itaque huic maximè putamus malo² fuisse nimiam opinionem³ ingenii⁴ atque virtutis⁵ : timebatur enim non minùs quàm diligebatur, ne, secundâ fortunâ magnisque opibus elatus, tyrannidem concupisceret⁶. Quibus rebus factum est ut absentem magistratum abrogarent⁷, et alium in ejus locum substituerent. Id ille ut audivit, domum reverti noluit, et se Pactyen⁸ contulit; ibique tria castella communivit, Bornos, Bisanthen, Neontichos; manuque collectâ, primus Græciæ⁹ in Thraciam introiit, gloriosius existimans barbarorum prædâ locupletari quàm Graiorum. Quâ ex re¹⁰ creverat quum famâ,

¹ Malitiosè. Con doblez.

² Itaque huic maximè putamus malo, etc. Juzgamos que la causa que principalmente influyó en esta desgracia, fué, etc.

³ Opinionem. El concepto.

⁴ Ingenii. De su habilidad.

⁵ Virtutis. De su valor.

⁶ Tyrannidem concupisceret. Aspirase á la soberanía ó á un poder absoluto.

⁷ Absenti magistratum abrogarent. Le quitaron el mando estando ausente.

⁸ Pactyen. Ciudad en el Quersoneso, hácia la Propóntide.

⁹ Primus Græciæ. El primer griego. Este modo de hablar de Nepote es poco usado.

¹⁰ Quâ ex re. Con esta empresa, en esta expedicion.

tum opibus, magnamque amicitiam sibi cum quibusdam regibus Thraciæ pepererat.

CAPÍTULO VIII.

Alcibiades sirve en cuanto puede á sus conciudadanos. Batalla de Egos-Potamos. (Año 4 de la olimpiada xciii, 405 antes de J. C.)

Neque tamen a caritate patriæ potuit recedere. Nam, quum apud Egos flumen¹, Philocles, prætor Atheniensium, classem constituisset² suam, neque longè abesset Lysander, prætor Lacedæmoniorum, qui in eo erat occupatus³ ut bellum quàm diutissimè duceret⁴, quòd ipsis⁵ pecunia a rege⁶ suppeditabatur, contra Atheniensibus exhaustis, præter arma et naves nihil erat super⁷, Alcibiades ad Atheniensium venit exercitum, ibique, præsentè vulgo, agere cœpit⁸, si vellent, se coacturum Ly-

¹ Apud Egos flumen. A la desembocadura del Egos.

² Classem constituisset. Tenia su armada á la âncora ó la ancla.

³ Qui in ero erat occupatus. Que no tenia otra mira.

⁴ Ut bellum quàm diutissimè duceret. Que el hacer durar la guerra lo mas que pudiese.

⁵ Iphis. A los Lacedemonios.

⁶ A rege. El rey de Persia, de quien Lisandro habia alcanzado una grande suma de dinero para la manutencion de su armada.

⁷ Nihil erat super. La figura anástrofe, en que se pospone la preposicion.

⁸ Agere cœpit. Empezó á decir.

sandrum aut dimicare aut pacem petere; Lacedæmonios eò nolle confligere classe, quòd pedestribus copiis¹ plus quàm navibus valerent; sibi autem esse facile Seuthen, regem Thracum, deducere, ut eos² terrâ depelleret: quo facto, necessariò aut classe conflicturos, aut bellum composituros³. Id etsi verè dictum Philocles animadvertebat, tamen postulata facere noluit, quòd sentiebat⁴ se, Alcibiade recepto, nullius momenti apud exercitum futurum, et, si quid secundi evenisset, nullam in eà re suam partem fore; contra ea, si quid adversi accidisset, se unum ejus delicti futurum reum. Ab hoc discedens Alcibiades: « Quoniam, inquit, victoriæ patriæ repugnâs, illud moneo, juxta hostes castra habeas⁵ nautica⁶; periculum est enim ne immodestiâ militum nostrorum⁶ occasio detur Lysandro nostri opprimendi exercitûs. » Neque ea res illum fe-

¹ Pedestribus copiis. Fuerzas de tierra.

² Eos. Los Lacedemonios.

³ Bellum composituros. Que pondrian fin á la guerra con una buena composicion.

⁴ Sentiebat. Echaba de ver.

⁵ Juxta hostes castra habeas nautica. Ten un convoy avanzado que observe de cerca al enemigo. Otros son de parecer que castra nautica eran á la letra unas trincheras ó trabajos hechos dentro del mar, clavando vigas puntiagudas, y amarrando á ellas algunas naves de carga. Añadian un foso abierto en la costa á la lengua del agua, defendido de un parapeto. Entre estas dos trincheras quedaba cubierta la armada.

⁶ Immodestiâ militum nostrorum. Por falta de disciplina de los nuestros.

fellit. Nam Lysander, quum per speculatores comperisset vulgum Atheniensium in terram prædatum exisse, navesque pene inanes¹ relictas, tempus rei gerendæ non dimisit², eoque impetu totum bellum delevit³.

CAPÍTULO IX.

Alcibiades, privado de la esperanza de volver á su patria, se va á encontrar á Farnabazó, el cual le protege.

At Alcibiades, victis Atheniensibus, non salis luta eadem loca sibi arbitratus, penitus⁴ in Thraciam se supra Propontidem⁵ abdidit, sperans ibi facillimè suam fortunam⁶ ocelli posse; sed falsò⁷. Nam Thraces, postquam eum cum magnâ pecuniâ venisse senserunt, insidias ei fecerunt; qui ea quæ apporatarat abstulerunt, ipsum capere non potuerunt. Ille cernens nullum locum sibi tutum in Græciâ, propter potentiâ Lacedæmoniorum, ad Pharnabazum⁸ in Asiam transit. Quem quidem adeo suâ cepit huma-

¹ Pene inanes. Casi sin tripulacion.

² Non dimisit. No perdió.

³ Eoque impetu totum bellum delevit. Dió fin á la guerra con una accion decisiva, con una victoria completa.

⁴ Penitus. Otros leen penitiús. Mas tierra adentro.

⁵ Supra Propontidem. Mas allá de la Propóntide, ó mar de Mármara.

⁶ Suam fortunam. Su caudal.

⁷ Falsò. Lesalió al revés.

⁸ Pharnabazum. Sátropa del rey de Persia en la Frigia, provincia del Asia menor. Los Persas llamaban sátropas á los gobernadores de las provincias.

nitatè¹, ut eum² nemo in amicitia antecederet. Namque ei Grunium dederat, in Phrygiâ castrum³, ex quo quinquaginta talenta vectigalis capiebat⁴. Quâ fortunâ Alcibiades non erat contentus, neque Athenas victas Lacedæmonis servire poterat pati. Itaque ad patriam liberandam omni ferebatur cogitatione⁵. Sed videbat id sine rege Persarum⁶ non posse fieri, ideoque eum amicum sibi cupiebat adjungi. Neque dubitabat facilè se consecuturum, si modò ejus conveniendi habuisset potestatem. Nam Cyrum⁷ fratrem ei bellum clam parare, Lacedæmoniis adjuvantibus, sciebat. Id si ei aperuisset⁸, magnam se initurum gratiam⁹ videbat.

¹ Adeo sua cepit humanitate. Le ganó tanto con su cortesania.

² Eum. Alcibiades.

³ Grunium dederat, in Phrygiâ castrum. Le hizo donacion del castillo de Grunio en la Frigia.

⁴ Ex quo quinquaginta talenta vectigalis capiebat. El cual le valia cincuenta talentos de renta. Cada talento pesaba ciento y veinte libras romanas. La explicacion del talento ático es cosa proliza: cada talento ático se puede reputar como dos mil doscientos y cuarenta reales de vellon de nuestra moneda.

⁵ Omni ferebatur cogitatione. Todos sus pensamientos estaban puestos, su único pensamiento era.

⁶ Sine rege Persarum. Sin que pusiera la mano, sin que entrara en ello el rey de Persia. Éralo entonces Artajerjes, hijo de Darío.

⁷ Cyrum. Hermano de Artajerjes, hijo de Darío.

⁸ Si ei aperuisset. Si le descubria.

⁹ Magnam se ab eo initurum gratiam. Que le haria un

CAPÍTULO X.

Alcibiades es asesinado por disposición de Farnabazo á instancias de Lisandro. (Olimpiada xcr, 404 antes de J. C.)

Hæc quum moliretur, peteretque a Pharnabazo ut ad regem mitteretur, eodem tempore Critias ceterique tyranni Atheniensium certos homines ad Lylandrum in Asiam miserunt, qui eum certiozem facerent, nisi Alcibiadem sustulisset, nihil earum rerum fore ratum, quas ipse Athenis constituisset: quare, si suas res gestas manere vellet, illum persequeretur. His Lacon⁴ rebus commotus, statuit accuratius sibi agendum cum Pharnabazo. Huic ergo renuntiat, quæ regi cum Lacedæmonis essent, irrita futura, nisi Alcibiadem vivum aut mortuum tradidisset. Non tulit hoc⁵ satrapes, et violare clementiam⁵, quàm regis opes minui, maluit. Itaque misit Sysamithren⁵ et Bagoam⁶ ad Alcibiadem interficiendum, quum ille esset in Phrygiâ, iterque ad regem pararet. Missi⁶, clam vicinitali, in quâ tum Alcibiades

importante servicio, ó que alcanzaria mucha cabida en su valimiento.

⁴ Lacon. Lisandro, lacedæmonio.

⁵ Non tulit hoc. No tuvo valor.

⁵ Violare clementiam. Faltar á la piedad.

⁵ Sysamithren. Tio, segun algunos, de Farnabazo.

⁵ Bagoam. Algunos juzgan que Bago ó Bagoa en lengua persiana significa eunuco, porque se valian de los eunuocos para los asesinatos.

⁶ Missi. Los emisarios.

erat, dant negotium¹ ut eum interficiant. Illi, quum eum ferro aggredi non auderent, noctu ligna contulerunt circa casam eam in quâ quiescebat, eamque succenderunt, ut incendio conficerent quem manu superari posse diffidebant. Ille autem, ut sonitu flammæ est excitatus, elsi gladius ei erat subductus², familiaris sui subalare telum³ eripuit: namque erat cum eo quidam ex Arcadiâ hospes, qui nunquam discedere voluerat. Hunc sequi se jubet, et id quod in præsentia vestimentorum fuit, arripit; his in ignem ejectis, flammæ vim transiit. Quem ut barbari incendium effugisse viderunt, telis eminus missis interfecerunt, caputque ejus ad Pharnabazum retulerunt. At mulier, quæ cum eo vivere consueverat, muliebri suâ veste contactum, ædificii incendio mortuum cremavit, quod ad vivum interimendum erat comparatum. Sic Alcibiades, annos circiter quadraginta natus, diem obiit supremum.

CAPÍTULO XI.

Alcibiades vituperado y colmado de elogios.

Hunc infamatum a plerisque⁴, tres gravissimi

⁴ Vicinitali, in qua tum Alcibiades erat, dant negotium. Hacen el encargo á los que vivian cerca de Alcibiades en la vecindad.

² Elsi gladius ei erat subductus. Aunque le habian quitado la espada sin que lo conociese.

³ Subalare telum. Puñal ú otra arma corta que se solia llevar debajo del brazo. Subalare viene de sub alâ.

⁴ Infamatum a plerisque. Lisias escribió contra Alcibiades

historici summis laudibus extulerunt: Thucydides⁴, qui ejusdem ætatis fuit; Theopompus⁵, qui fuit post aliquantò natus; et Timæus⁶: qui quidem duo maledicentissimi, nescio quo modo, in illo uno laudando consenserunt. Nam ea, quæ suprâ diximus, de eo prædicarunt, atque hoc ampliùs, quum Athenis splendissimâ civitate natus esset, omnes Athenienses splendore ac dignitate vitæ superasse; postquam inde expulsus Thebas venerit, adeo studiis eorum inservisse⁷, ut nemo eum labore corporisque viribus posset æquiparare. Omnes enim Bœotii⁸

una declamacion muy fuerte. Contra él escribieron los poetas Eupolis y Ferecrates; y mas que todos le mordió Antifon, quien escribió un libro que no es mas que una serie de injurias contra Alcibiades.

⁴ *Thucydides*. Natural de Atenas, que escribió la historia de la guerra del Peloponeso. Historiador muy estimado, cuyos libros trasladó siete ú ocho veces de mano propia Demóstenes, y aprendió de memoria mucha parte de ellos.

⁵ *Theopompus*. Orador é historiador, discípulo de Isócrates, natural de la isla de Quio. Llevó el premio entre todos los oradores que convocó Artemisa para celebrar á Mausolo. Gastaba su dinero en averiguar las mas ocultas acciones de aquellos contra quienes escribía. Sus escritos, que ya perecieron, le hicieron muy odioso.

⁶ *Timæus*. Siciliano, natural de Toarmina. Sus obras, que tambien han perecido, fueron estimadas. Fué muy vano, y tan pagado de sí mismo, que se preciaba de ser el mayor de los escritores.

⁷ *Adeo studiis eorum inservisse*. Que se hizo tanto á sus genios.

⁸ *Bœotii*. Tebas estaba en la Beocia. Los Tebanos ó Beo-

magis firmitati corporis, quam ingenii acumini, inserviunt. Eundem apud Lacedæmonios, quorum moribus summa virtus in patientiâ¹ ponebatur, sic duritiæ² se dedisse, ut parsimoniâ³ victûs atque cultûs omnes Lacedæmonios vinceret. Fuisse apud Thracas, homines vinolentos; hos quoque in hac re antecessisse. Venisse ad Persas, apud quos summa laus esset fortiter venari, luxuriosè vivere; horum sic imitatum consuetudinem, ut illi ipsi eum in his maximè admirarentur. Quibus rebus effecisse ut, apud quoscumque esset, princeps poneretur⁴, habereturque carissimus. Sed satis de hoc; reliquos ordiamur.

VIII.

TRASÍBULO,

HIJO DE LICO, ATENIENSE.

CAPÍTULO I.

Trasíbulo, célebre por su valor, liberta á su patria de los treinta tiranos. (Año 3 de la olimpíada xciii, 402 antes de J. C.)

Thrasylulus, Lyci filius, Atheniensis. Si per se virtus sine fortunâ ponderanda sit, dubito an hunc cios se preciaban poco de ingeniosos, y mucho de forzudos.

¹ *In patientiâ*. En el aguante ó tolerancia.

² *Duritiæ*. Al rigor.

³ *Parsimoniâ*. Templanza.

⁴ *Princeps poneretur*. Se llevase la primacia.

historici summis laudibus extulerunt: Thucydides⁴, qui ejusdem ætatis fuit; Theopompus⁵, qui fuit post aliquantò natus; et Timæus⁶: qui quidem duo maledicentissimi, nescio quo modo, in illo uno laudando consenserunt. Nam ea, quæ suprâ diximus, de eo prædicarunt, atque hoc ampliùs, quum Athenis splendidissimâ civitate natus esset, omnes Athenienses splendore ac dignitate vitæ superasse; postquam inde expulsus Thebas venerit, adeo studiis eorum inservisse⁷, ut nemo eum labore corporisque viribus posset æquiparare. Omnes enim Bœotii⁸

una declamacion muy fuerte. Contra él escribieron los poetas Eupolis y Ferecrates; y mas que todos le mordió Antifon, quien escribió un libro que no es mas que una serie de injurias contra Alcibiades.

⁴ *Thucydides*. Natural de Atenas, que escribió la historia de la guerra del Peloponeso. Historiador muy estimado, cuyos libros trasladó siete ú ocho veces de mano propia Demóstenes, y aprendió de memoria mucha parte de ellos.

⁵ *Theopompus*. Orador é historiador, discípulo de Isócrates, natural de la isla de Quio. Llevó el premio entre todos los oradores que convocó Artemisa para celebrar á Mausolo. Gastaba su dinero en averiguar las mas ocultas acciones de aquellos contra quienes escribía. Sus escritos, que ya perecieron, le hicieron muy odioso.

⁶ *Timæus*. Siciliano, natural de Toarmina. Sus obras, que tambien han perecido, fueron estimadas. Fué muy vano, y tan pagado de sí mismo, que se preciaba de ser el mayor de los escritores.

⁷ *Adeo studiis eorum inservisse*. Que se hizo tanto á sus genios.

⁸ *Bœotii*. Tebas estaba en la Beocia. Los Tebanos ó Beo-

magis firmitati corporis, quam ingenii acumini, inserviunt. Eundem apud Lacedæmonios, quorum moribus summa virtus in patientiâ¹ ponebatur, sic duritiæ² se dedisse, ut parsimoniâ³ victûs atque cultûs omnes Lacedæmonios vinceret. Fuisse apud Thracas, homines vinolentos; hos quoque in hac re antecessisse. Venisse ad Persas, apud quos summa laus esset fortiter venari, luxuriosè vivere; horum sic imitatum consuetudinem, ut illi ipsi eum in his maximè admirarentur. Quibus rebus effecisse ut, apud quoscumque esset, princeps poneretur⁴, habereturque carissimus. Sed satis de hoc; reliquos ordiamur.

VIII.

TRASÍBULO,

HIJO DE LICO, ATENIENSE.

CAPÍTULO I.

Trasíbulo, célebre por su valor, liberta á su patria de los treinta tiranos. (Año 3 de la olimpíada xciii, 402 antes de J. C.)

Thrasylulus, Lyci filius, Atheniensis. Si per se virtus sine fortunâ ponderanda sit, dubito an hunc cios se preciaban poco de ingeniosos, y mucho de forzudos.

¹ *In patientiâ*. En el aguante ó tolerancia.

² *Duritiæ*. Al rigor.

³ *Parsimoniâ*. Templanza.

⁴ *Princeps poneretur*. Se llevase la primacia.

primum omnium ponam. Illud sine dubio: neminem huic præfero fide, constantiâ, magnitudine animi, in patriam amore. Nam, quod multi voluerunt, pauci potuerunt¹, ab uno tyranno patriam liberare, huic contigit² ut a triginta oppressam tyrannis ex servitute in libertatem vindicaret. Sed, nescio quo modo, quum eum nemo anteiret his virtutibus, multi nobilitate³ præcucurrerunt. Primum, peloponnesio bello, multa hic sine Alcibiade gessit, ille nullam rem sine hoc; quæ ille universa naturali quodam bono fecit lucri⁴. Sed illa tamen omnia communia imperatoribus cum militibus et fortunâ⁵, quòd in prælii concursu⁶ abit res a consilio ad vires, vimque pugnantium⁷. Itaque, jure suo, nonnulla ab imperatore miles, plurima verò fortuna vindicat, seque hic plus valuisse, quàm ducis prudentiam, verè potest prædicare⁸. Quare illud magnificentissimum factum pro-

¹ Pauci potuerunt. Pocos lograron.

² Huic contigit. Este tuvo la dicha.

³ Nobilitate. Reputacion.

⁴ Quæ ille universa naturali quodam bono fecit lucri.

Todo lo cual alcanzó con cierto talento natural que tenía de aprovecharse de cuanto sucedía.

⁵ Communia imperatoribus cum militibus et fortunâ. Entran á la parte con los generales los soldados y el acaso.

⁶ In prælii concursu. En llegando á las manos, en el calor de la accion, una vez trabada la batalla.

⁷ Abit res a consilio ad vires, vimque pugnantium. El buen suceso de la accion ya no depende de la conducta del general, sino del esfuerzo y valor de los soldados.

⁸ Seque hic plus valuisse, quàm ducis prudentiam, verè potest prædicare. Y puede gloriarse la fortuna de que en

primum est Thrasybuli. Nam, quum triginta tyranni, præpositi a Lacedæmoniis¹, servitute oppressas tenerent Athenas, plurimos cives, quibus in bello pepererat fortuna, partim patriâ expulissent; partim interfecissent, plurimorum bona publicata² inter se divisissent, non solum princeps³, sed et solus⁴ initio bellum his indixit.

CAPÍTULO II.

Trasibulo se retira á Files: se apodera de Muniquia, y prohíbe que se haga daño á sus habitantes.

Hic enim quum Phylen⁵ confugisset, quod est castellum in Atticâ munitissimum, non plus habuit secum quàm triginta de suis⁶. Hoc initium fuit salutis Atticorum, hoc robur libertatis clarissimæ civitatis⁷. Neque verò hic non contemptus est primò

semejantes lances se le debió á ella la victoria mas que al acierto del general.

¹ Præpositi a Lacedæmoniis. Cuyo yugo le habian impuesto los Lacedemonios.

² Bona publicata. Bienes embargados.

³ Princeps. El adalid que levanta la bandera.

⁴ Solus. El único sin ser sostenido.

⁵ Phylen. Algunos dicen que esta fortaleza estaba en la frontera del Atica.

⁶ De suis. De sus compatriotas.

⁷ Hoc robur libertatis clarissimæ civitatis. Esta fué la tropa esforzada á quien debió su libertad la célebre Atenas.

a tyrannis¹, atque ejus solitudo². Quæ quidem res³ et illis contemptibus pernicipi, et huic despecto saluti fuit. Hæc enim illos⁴ ad persequendum segnes, hos⁵ autem, tempore ad comparandum dato⁶, fecit robustiores. Quo magis præceptum⁷ illud omnium in animis esse debet: « Nihil in bello oportere con-
» temni; » nec sine causâ dici: « Matrem timidi flere
» non solere⁸. » Neque tamen pro opinione Thrasybuli⁹ auctæ sunt opes: nam jam tum illis temporibus, fortius boni pro libertate loquebantur, quàm pugnabant. Hinc in Piræum transit, Munychiamque¹⁰

¹ Neque verò hic non contemptus est primò a tyrannīs. No solo despreciaron los tiranos al principio á Trasibulo.

² Atque ejus solitudo. Sino tambien su poca gente.

³ Quæ quidem res. Lo cual.

⁴ Illos. Los Lacedemonios.

⁵ Hos. Trasibulo y los suyos.

⁶ Tempore ad comparandum dato. Por habérseles dado tiempo para poderse reforzar.

⁷ Præceptum. Principio, máxima.

⁸ Matrem timidi flere non solere. El sentido de este adagio no es que la madre del cobarde ó medroso no suele llorar. Timidus significa aquí, no el que teme por cobardía, sino el que teme ó se rezela por prudencia ó cautela: y así el sentido genuino es, que no suele el que es cauto costar lágrimas á su madre. La falta de cautela de los Lacedemonios costó muchas lágrimas á su república.

⁹ Pro opinione Thrasybuli. Tanto como Trasibulo habia creído.

¹⁰ Munychiam. Una península que forma una colina, y desde donde se comunicaba una muralla hasta el puerto Pireo.

munivit. Hanc bis tyranni oppugnare sunt adorti; ab eaque turpiter repulsi, prolinus in urbem, armis impedimentisque amissis, refugerunt. Usus est Thrasybulus non minùs prudentiã quàm fortitudine: nam cedentes violari vetuit¹; cives enim civibus parcere æquum censebat; neque quisquam est vulneratus, nisi qui prior impugnare voluit. Neminem jacentem² veste spoliavit; nihil attigit, nisi arma, quorum indigebat, et quæ ad victum pertinebant³. In secundo prælio⁴ cecidit Critias, dux tyrannorum⁵, quum quidem adversùs Thrasybulum fortissimè pugnaret.

CAPÍTULO III.

Trasibulo, despues de haber hecho la paz, publica una amnistia. (Año 4 de la olimpiada xciv, 401 antes de J. C.)

Hoc dejecto, Pausanias venit Atticis auxilio, rex Lacedæmoniorum. Is inter Thrasybulum, et eos qui urbem⁶ tenebant, fecit pacem his conditionibus, ne qui, præter trigintã tyrannos, et decem, qui postea prætores creati, superioris more crudelitatis erant usi⁷,

¹ Cedentes violari vetuit. Mandó que se diera cuartel á cuantos se rindiesen.

² Jacentem. Muerto. Era deshonra entre los Atenienses el despojar á los soldados muertos.

³ Quæ ad victum pertinebant. Los viveres.

⁴ In secundo prælio. En el segundo choque ó asalto.

⁵ Dux tyrannorum. El principal de los tiranos.

⁶ Urbem. Atenas.

⁷ Superioris more crudelitatis erant usi. Que se portaban con la misma crueldad con que habian visto portarse los tiranos.

afficerentur exsilio, neve cuiusquam bona publicarentur; reipublicæ procuratio populo redderetur¹. Præclarum hoc quoque Thrasybuli, quòd, reconciliatâ pace, quum plurimum in civitate posset, legem tulit, « Ne quis antè actarum rerum accusatur, neve multaretur² »; eamque illi legem Oblivionis³ appellarunt. Neque verò hanc tantum ferendam curavit, sed etiam, ut valeret, effecit⁴. Nam, quum quidam ex his, qui simul cum eo in exsilio fuerant, eadem facere eorum vellent cum quibus in gratiam reditum erat, publicè prohibuit, et id, quod pollicitus erat, prestilit.

CAPÍTULO IV.

Trasibulo se contenta con una corona de olivo, como Pitaco se habia contentado con un pequeño campo. Enviado á la cabeza de una expedicion á Cilicia, muere. (Año 2 de la olimpiada xcviij, 590 antes de J. C.)

Huic pro tantis meritis⁵, honoris ergo corona a populo data est, facta e duabus virgulis oleaginis⁶.

¹ *Reipublicæ procuratio populo redderetur.* Que se volviere á poner en manos del pueblo el gobierno de la república.

² *Ne quis antè actarum rerum accusaretur, neve multaretur.* Que á nadie se hiciese causa, ni castigase por lo pasado.

³ *Legem Oblivionis.* Ley del olvido. Esta ley se llamaba amnistia, que es lo mismo que olvido.

⁴ *Ut valeret, effecit.* Hizo que se pusiese en práctica.

⁵ *Pro tantis meritis.* Por tan señalados servicios.

⁶ *Facta e duabus virgulis oleaginis.* Hecha de dos ramas

Quam quòd amor civium, non vis expresserat¹, nullam habuit invidiam, magnæque fuit gloriæ. Bene ergo Pittacus ille, qui septem Sapientum numero est habitus, quum ei Mytilenæi² multa millia jugerum agri muneri darent: « Nolite, rogo vos, inquit, id » mihi dare quod multi invideant, plures etiam » concupiscant. Quare ex istis nolo amplius quàm » centum jugera, quæ et meam animi æquitatem³ » et vestram voluntatem⁴ indicent⁵: nam parva » munera, diutina; locupletia, non propria esse » consueverunt⁶. » Illâ igitur coronâ contentus Thrasybulus, neque amplius requisivit, neque quemquam honore se antecessisse⁷ existimavit. Hic, sequenti tempore, quum prætor classem ad Ciliciam appulisset, neque satis diligenter in castris ejus age-

de olivo entretejidas. Las coronas de olivo no solo se daban á los vencedores, sino tambien, y con mas especialidad, á los pacificadores. En Atenas tenian mas razon de estimar la corona de olivo; pues, segun la fábula, Palas, fundadora de Atenas, fué la inventora del olivo.

¹ *Quòd amor civium, non vis expresserat.* Porque no la alcanzó con violencia, sino se la puso el amor de sus ciudadanos.

² *Mytilenæi.* Los habitantes de Mitilene, capital de la isla de Lesbos.

³ *Animi æquitatem.* Moderacion.

⁴ *Voluntatem.* Buen afecto.

⁵ *Indicent.* Den testimonio.

⁶ *Non propria esse consueverunt.* No suelen ser bienes duraderos, estables; no suelen perpetuarse en la familia.

⁷ *Se antecessisse.* Que nadie le habia hecho ventajas.

rentur vigiliæ, a barbaris¹, ex oppido noctu eruptione factâ, in tabernaculo interfectus est.

IX.

CONON,
HIJO DE TIMOTEO, ATENIENSE.

CAPÍTULO I.

Conon se distingue en la guerra del Peloponeso. (Después del año 2 de la olimpiada LXXXVII, 451 antes de J. C. hasta el año 4 de la olimpiada XCII, 403 antes de J. C.)

Conon, Atheniensis, peloponnesio bello accessit ad rempublicam, in eoque ejus opera magni fuit; nam et prætor, pedestribus exercitibus præfuit, et præfectus classis, res magnas mari gessit. Quas ob causas præcipuus ei honos habitus est²; namque omnibus unus insulis præfuit³. In quâ potestate⁴

¹ *A barbaris.* Habitantes de Aspenda; y así algunos juzgan que Trasibulo no fué muerto en Cilicia, sino en Panfilia en la ciudad de Aspenda.

² *Præcipuus ei honos habitus est.* Este es al que mas llegaron á honrar los Atenienses.

³ *Namque omnibus unus insulis præfuit.* Porque juntó en sí el mando de todas las islas dependientes de Atenas. Algunos tachan á Nepote de poco exacto en lo que aquí refiere. Otros le defienden, diciendo que lo que quiere dar á entender es que Conon tuvo todas las islas á su mando, cuando, como después veremos, mandó la armada del rey de Persia.

⁴ *In quâ potestate.* Cuando él mandaba.

Pheras¹ cepit, coloniam Lacedæmoniorum. Fuit etiam extremo peloponnesio bello prætor, quum apud Ægos² flumen copiarum Atheniensium a Lysandro sunt devictæ. Sed tum abfuit, eoque pejus res administrata est: nam et prudens³ rei militaris, et diligens erat imperii⁴. Itaque nemini erat his temporibus dubium, si adfuisset, illam Athenienses calamitatem accepturos non fuisse.

CAPÍTULO II.

Conon, en la crítica situación en que se halla su patria, sirve á Farnabazo contra los Lacedemonios. (Año 2 de la olimpiada xcv, 399 antes de J. C.)

Rebus autem afflictis⁵, quum patriam obsideri audisset, non quæsit ubi ipse tutò viveret, sed unde præsidio posset esse civibus suis. Itaque contulit se ad Pharnabazum, satrapem Ioniarum et Lydiarum⁶, eumdemque generum regis et propinquum; apud quem ut multum gratiâ valeret, multo labore multisque effecit periculis. Nam, quum Lacedæmonii, Atheniensibus devictis, in societate non manerent⁷ quam

¹ *Pheras.* Ciudad en la isla de Creta.

² *Ægos.* Véase la vida de Lisandro, cap. I, not. 8.

³ *Prudens.* Inteligente.

⁴ *Diligens imperii.* Activo para mandar.

⁵ *Rebus autem afflictis.* Hallándose en tan mal estado las cosas.

⁶ *Lydiæ.* Provincia del Asia menor.

⁷ *In societate non manerent.* Habiendo faltado á los ciertos, á la liga.

cum Artaxerxe¹ fecerant, Agesilaumque bellatum misissent in Asiam, maxime impulsus a Tissapherne², qui ex intimis regis ab amicitia ejus defecerat, et cum Lacedaemoniis coierat societatem, hunc adversus Pharnabazus habitus est imperator: re quidem vera exercitui praefuit Conon, ejusque omnia arbitrio gesta sunt. Hic multum ducem summum Agesilaum impedivit, saepeque ejus consiliis obstiterat. Neque vero non fuit apertum³, si ille non adfuisset, Agesilaum Asiam, Tauro tenus⁴, regi fuisset erepturum. Qui posteaquam domum a suis ciuibus revocatus est, quod Boeotii et Athenienses Lacedaemoniis bellum indixerant, Conon nihil secius apud praefectos regis⁵ versabatur, hisque omnibus maximo erat usui.

CAPÍTULO III.

Conon, queriendo promover una acusacion contra Tisafernes, lo ejecuta por medio de cartas que dirige al rey Jerjes.

Defecerat a rege Tissaphernes, neque id tam Artaxerxi quam ceteris erat apertum: nullis enim magnisque meritis apud regem, etiam quum in officio non maneret, valebat. Neque id mirandum, si non facile ad credendum inducebatur, reminiscens ejus

¹ Artaxerxe. Hijo de Dario II, hermano de Ciro.

² Tissapherne. Privado del rey, que al cabo le hizo cortar la cabeza á instancia de la reina Parisatis en pena de su traicion.

³ Neque vero non fuit apertum. Fue cosa constante.

⁴ Tauro tenus. Hasta el monte Tauro. Está en el Asia.

⁵ Regis. Artajerjes.

se opera Cyrum fratrem superasse. Hujus accusandi gratia Conon a Pharnabazo ad regem missus, posteaquam venit, primum, ex more Persarum, ad chiliarchum¹, qui secundum gradum imperii tenebat, Tithraustem accessit, seque ostendit eum rege colloqui velle: nemo enim sine hoc admittitur. Huic ille inquit: « Nulla mora est; sed tu delibera utrum » colloqui malis, an per litteras agere² qua cogitas. » Necesse est enim, si in conspectum veneris, venerari te regem³ (quod προσκυνεῖν⁴ illi vocant). Hoc » si tibi grave est, per me nihil secius, editis mandatis⁵, conficies quod studes. » Tum Conon: « Mihi » vero, inquit, non est grave quemvis honorem habere regi; sed vereor ne civitati mea sit opprobrium, » si, quum ex ea sim profectus, qua ceteris gentibus » imperare consueverit, potius barbarorum quam » illius more fungar⁶. » Itaque huic, qua volebat, scripta tradidit.

¹ Chiliarchum. Capitan de la guardia. Voz griega que significa el que manda mil hombres. Algunos dicen que el empleo de este era cuidar de todo lo que hay que disponer en palacio, como si dijéramos, *mayordomo mayor del rey*.

² Per litteras agere. Poner por escrito.

³ Venerari regem. Postrarse delante del rey.

⁴ προσκυνεῖν, proskynein. Esta voz significa adorar.

⁵ Editis mandatis. Dándome or escrito tus veces, tus poderes.

⁶ Potius barbarorum quam illius more fungar. El observar antes el ceremonial de los extranjeros que el de Atenas.

CAPÍTULO IV.

Los Lacedemonios son vencidos por Conon junto á Cnido. Es libertada la Grecia, y se reedifican las murallas de Atenas. (Año 5 de la olimpiada xcvi, 594 antes de J. C.)

Quibus cognitis, rex tantum auctoritate ejus motus est, ut Tissaphernem hostem judicaret, et Lacedæmonios bello persequi jusserit, et ei permiserit, quem vellet, eligere ad dispensandam pecuniam¹. Id arbitrium² Conon negavit sui esse consilii³, sed ipsius qui optimè suos nosse deberet; sed se suadere, Pharnabazo id negotii daret. Hinc, magnis muneribus donatus, ad mare est missus, ut Cypriis et Phœnicibus, ceterisque civitatibus maritimis⁴ naves longas⁵ imperaret⁶, classemque, quâ proximâ æstate mare tueri posset, compararet, dato adjutore Pharnabazo, sicut ipse voluerat. Id ut Lacedæmoniis est nuntiatum, non sine curâ rem administrarunt, quod majus bellum imminere arbitrabantur, quàm si cum barbaro⁷ solum contenderent. Nam ducem fortem et prudentem regis opibus⁸ præfuturum, ac

¹ Ad dispensandam pecuniam. Para pagar la tropa.

² Arbitrium. Eleccion.

³ Negavit sui esse consilii. Dijo que no era razon que en eso se siguiese su dictâmen.

⁴ Maritimis. De la costa.

⁵ Naves longas. Galeras ó navios de guerra.

⁶ Imperaret. Hiciese contribuir.

⁷ Cum barbaro. Con algun general persa.

⁸ Regis opibus. A la armada de Artajerjes.

secum dimicaturum videbant, quem neque consilio neque copiis superare possent. Hac mente magnam contrahunt classem, proficiscuntur Pisandro duce. Hos Conon apud Cnidum¹ adortus, magno prælio fugat, multas naves capit, complures deprimit². Quâ victoriâ non solum Athenæ, sed etiam cuncta Græcia, quæ sub Lacedæmoniorum fuerat imperio, liberata est. Conon cum parte navium³ in patriam venit; muros dirutos a Lysandro, utrosque et Piræi et Athenarum, reficiendos curat, pecuniæque quinquaginta talenta, quæ a Pharnabazo acceperat, civibus suis donat.

CAPÍTULO V.

Conon, estando para restituir la Jonia y la Eólida á los Atenienses, es puesto en prision por Tiribazo.

Accidit huic quod ceteris mortalibus, ut inconsideratior in secundâ quàm in adversâ esset fortunâ. Nam, classe Peloponnesiorum⁴ devictâ, quum ultimum se injurias patriæ putaret, plura concupivit quàm efficere potuit. Neque tamen ea non pia et probanda fuerunt, quod potius patriæ opes augeri quàm regis⁵ maluit. Nam, quum magnam auctoritatem sibi pugnâ illâ navali, quam apud Cnidum fecerat, constituisset,

¹ Cnidum. En la altura de Cnido, ciudad en el Quersoneo Dórico.

² Deprimit. Echa á fondo.

³ Cum parte navium. De las que habia cogido al enemigo.

⁴ Peloponnesiorum. De los Lacedemonios.

⁵ Regis. Artajerjes.

non solum inter barbaros, sed etiam inter omnes Græciæ civitates, clam dare operam cœpit ut Ioniam et Æoliã restitueret Atheniensibus. Id quum minus diligenter esset celatum, Tiribazus¹, qui Sardibus² præerat, Cononem evocavit, simulans ad regem eum se mittere velle magnã de re. Hujus nuntio parens quum venisset, in vincula conjectus est, in quibus aliquandiu fuit. Inde nonnulli eum ad regem abductum, ibique periisse, scriptum reliquerunt. Contra ea, Dinon³ historicus, cui nos plurimum de persicis rebus credimus, effugisse scripsit. Illud addubitat, utrũ Tiribazo sciente an imprudente sit factum.

¹ *Tiribazus*. General persiano.

² *Sardibus*. Sardis, ciudad en la Lidia: es *Sardes*, *Sardium*. Los Sardos, ó naturales de Cerdeña, se llaman *Sardi*, *Sardorum*.

³ *Dinon*. Escribió una historia de la Persia; fué padre del historiador Clitarco, que acompañó en sus conquistas á Alejandro el Grande, cuya historia escribió Clitarco con mucho ingenio, pero con muy mala fe.

X.

DION,

HIJO DE HIPARINO, SIRACUSANO.

CAPÍTULO I.

Dion, noble y emparentado con los dos Dionisios, vive en la intimidad de estos príncipes, de quienes merece entera confianza. (Año 4 de la olimpiada xcv, 575 antes de J. C.)

Dion, Hipparini filius, Syracusanus, nobili genere natus, utrãque implicatus¹ tyrannide Dionysiorum². Namque ille superior Aristomachen, sororem Dionis, habuit in matrimonio, ex quà duos filios, Hipparinum³ et Nisæum, procreavit, totidemque filias, Sophrosynen et Areten; quarum priorem Dionysio filio, eidem cui regnum reliquit, nuptum dedit; alteram, Areten, Dionis. Dion autem præter nobilem propinquitatem, generosamque majorum famam, multa alia a naturã habuit bona: in his ingenium docile⁴, come, aptum ad artes optimas; magnam corporis dignitatem, quæ non minimũ commendat;

¹ *Implicatus*. Metido, empeñado.

² *Dionysiorum*. Padre é hijo, que reinaron tiránicamente en Zaragoza de Sicilia.

³ *Hipparinum*. Uno de los sobrinos de Dion.

⁴ *Ingenium docile*. Natural blando.

non solum inter barbaros, sed etiam inter omnes Græciæ civitates, clam dare operam cœpit ut Ioniam et Æoliã restitueret Atheniensibus. Id quum minus diligenter esset celatum, Tiribazus¹, qui Sardibus² præerat, Cononem evocavit, simulans ad regem eum se mittere velle magnã de re. Hujus nuntio parens quum venisset, in vincula coniectus est, in quibus aliquandiu fuit. Inde nonnulli eum ad regem abductum, ibique periisse, scriptum reliquerunt. Contra ea, Dinon³ historicus, cui nos plurimum de persicis rebus credimus, effugisse scripsit. Illud addubitat, utrũ Tiribazo sciente an imprudente sit factum.

¹ *Tiribazus*. General persiano.

² *Sardibus*. Sardis, ciudad en la Lidia: es *Sardes*, *Sardium*. Los Sardos, ó naturales de Cerdeña, se llaman *Sardi*, *Sardorum*.

³ *Dinon*. Escribió una historia de la Persia; fué padre del historiador Clitarco, que acompañó en sus conquistas á Alejandro el Grande, cuya historia escribió Clitarco con mucho ingenio, pero con muy mala fe.

X.

DION,

HIJO DE HIPARINO, SIRACUSANO.

CAPÍTULO I.

Dion, noble y emparentado con los dos Dionisios, vive en la intimidad de estos príncipes, de quienes merece entera confianza. (Año 4 de la olimpiada xcv, 575 antes de J. C.)

Dion, Hipparini filius, Syracusanus, nobili genere natus, utrãque implicatus¹ tyrannide Dionysiorum². Namque ille superior Aristomachen, sororem Dionis, habuit in matrimonio, ex qua duos filios, Hipparinum³ et Nisæum, procreavit, totidemque filias, Sophrosynen et Areten; quarum priorem Dionysio filio, eidem cui regnum reliquit, nuptum dedit; alteram, Areten, Dionis. Dion autem præter nobilem propinquitatem, generosamque majorum famam, multa alia a naturã habuit bona: in his ingenium docile⁴, come, aptum ad artes optimas; magnam corporis dignitatem, quæ non minimum commendat;

¹ *Implicatus*. Metido, empeñado.

² *Dionysiorum*. Padre é hijo, que reinaron tiránicamente en Zaragoza de Sicilia.

³ *Hipparinum*. Uno de los sobrinos de Dion.

⁴ *Ingenium docile*. Natural blando.

magnas præterea divitias a patre relictas, quas ipse tyranni muneribus auxerat. Erat intimus Dionysio priori¹, neque minùs propter mores quàm affinitatem. Namque, etsi Dionysii crudelitas ei displicebat, tamen salvum esse propter necessitudinem, magis etiam suorum causâ, studebat. Aderat in magnis rebus; ejusque consilio multùm movebatur tyrannus, nisi quâ in re major ipsius cupiditas intercesserat². Legationes verò omnes, quæ essent illustriores, per Dionem administrabantur; quas quidem ille diligenter obeundo, fideliter administrando, crudelissimum nomen tyranni suâ humanitate tegebat³. Hunc, a Dionysio missum, Carthaginienses suspexerunt, ut neminem unquam græcâ linguâ loquentem⁴ magis sint admirati.

CAPÍTULO II.

Dion consigue que Platon vaya á la corte. Espera en vano que despues de la muerte de Dionisio será dividido el reino. Ofende á Dionisio el Joven. (Año 1º. de la olimpiada ciii, 368 antes de J. C.)

Neque verò hæc Dionysium fugiebant. Nam quanto esset sibi ornamento sentiebat; quo fiebat ut uni huic maximè indulgeret, neque eum secùs diligeret

¹ *Priori*. Al padre, al mayor.

² *Nisi quâ in re major ipsius cupiditas intercesserat*. Sino cuando Dionisio se dejaba arrastrar de la fuerza de su pasión.

³ *Suâ humanitate tegebat*. Tempataba, suavizaba con su afabilidad.

⁴ *Ut neminem unquam græcâ linguâ loquentem*. A ningun griego.

ae filium. Qui quidem, quum Platonem Tarentum¹ venisse fama in Siciliam esset perlata, adolescenti negare non potuit, quin eum arcesseret, quum Dion ejus audiendi cupiditate flagraret. Dedit ergo huic veniam², magnâque eum ambitione Syracusas perduxit. Quem Dion adeo admiratus est atque adamavit, ut se totum ei traderet. Neque verò minùs Plato delectatus est Dione. Itaque, quum a Dionysio tyranno crudeliter violatus esset, quippe quem venundari³ jussisset, tamen eòdem rediit⁴, ejusdem Dionis precibus adductus⁵. Interim in morbum incidit Dionysius. Quo quum graviter conflictaretur, quæsit a medicis Dion⁶ quemadmodum se haberet; simulque » ab his petiit, si fortè majori esset in periculo, ut » sibi faterentur⁶. Nam velle se cum eo colloqui de » partiendo regno, » quòd sororis suæ filios, ex illo natos, partem regni putabat debere habere. Id medici non tacuerunt, et ad Dionysium filium sermonem retulerunt. Quo ille commotus, ne agendi cum eo esset Dion potestas, patri soporem⁷ medicos dare

¹ *Tarentum*. Tarento, ciudad de Apulia.

² *Veniam*. Licencia.

³ *Venundari*. La causa por la qual Dionisio mandó vender á Platon como á esclavo, fué por la libertad con que habló á favor de la justicia contra la tiranía.

⁴ *Eòdem rediit*. Volvió á la corte, segun las señas despues de la muerte de Dionisio el mayor.

⁵ *Precibus adductus*. A instancias.

⁶ *Sibi faterentur*. Que le hablasen claro.

⁷ *Soporem*. Dormideras ó adormideras, segun el efecto que se siguió: es de sospechar que tambien le dieron yerbas ó veneno.

coegit. Hoc æger sumpto, ut somno sopitus, diem obiit supremum.

CAPÍTULO III.

Dionisio el Joven disimula su resentimiento. Dion consigue que Platon vuelva á la corte; pero Filisteo se opone.

Tale inñium fuit Dionis et Dionysii simultatis, eaque multis rebus aucta est; sed lamen primis temporibus, aliquandiu simulata inter eos amicitia mansit. Quumque Dion non desineret obsecrare Dionysium ut Platonem Athenis arcesseret, et ejus consiliis uteretur, ille, qui in aliqua re vellet patrem imitari, morem ei gessit¹. Eodemque tempore Philistum² historicum Syracusas reduxit, hominem amicum non magis tyranno quam tyrannidi³. Sed de hoc in eo meo libro plura sunt exposita, qui de historicis conscriptus est. Plato autem tantum apud Dionysium auctoritate potuit, valuitque eloquentia, ut ei persuaserit tyrannidis facere finem, libertatemque reddere Syracusanis. A qua voluntate Philisti consilio deterritus, aliquantò crudelior esse cepit.

¹ *Morem ei gessit.* Condescendió con él.

² *Philistum.* Pariente de Dionisio el mayor, y á quien el mismo habia desterrado. Fué escritor estimado, que escribió la historia de Sicilia.

³ *Amicum non magis tyranno quam tyrannidi.* No menos amante de la tiranía que del tirano.

CAPÍTULO IV.

Dion es deportado á Corinto: su mujer es entregada á otro esposo; y su hijo es corrompido. (Año 5 de la olimpiada cv, 538 antes de J. C.)

Qui quidem quum a Dione se superari videret ingenio, auctoritate, amore populi, verens ne, si eum secum haberet, aliquam occasionem sui daret opprimendi, navem ei triremem dedit, qua Corinthum¹ deveheretur, ostendens « se id utriusque » facere causam, ne, quum inter se timerent², alter ruter alterum præoccuparet³. » Id quum factum multi indignarentur, magnæque esset invidiæ tyranno, Dionysius omnia quæ moveri poterant Dionis⁴ in naves imposuit, ad eumque misit: sic enim existimari volebat, id se non odio hominis, sed suæ salutis fecisse causam. Postea verò quam audivit eum in Peloponneso manum comparare, sibi que bellum facere conari, Areten, Dionis uxorem, alii nuptum dedit, filiumque ejus sic educari jussit, ut indulgendo turpissimis imbueretur cupiditatibus. Nam puer, priusquam pubes esset, vino epulisque obruebatur; neque ullum tempus sobrio relinquebatur⁵.

¹ *Corinthum.* Ciudad bien conocida en la Acaya. (R)

² *Quum inter se timerent.* Viviendo con desconfianza uno de otro.

³ *Alteruter alterum præoccuparet.* Alguno de los dos se adelantase á hacer daño al otro.

⁴ *Omnia quæ moveri poterant Dionis.* Todos los haberes de Dion que se podian transportar.

⁵ *Neque ullum tempus sobrio relinquebatur.* No le dejaban

Is usque eò vitæ statum commutatum ferre non potuit¹, ut, postquam in patriam rediit pater (namque appositi erant custodes, qui eum a pristino victu deducerent), se e superiore parte ædium dejecerit, atque ita interierit. Sed illic revertor.

CAPÍTULO V.

Dion, habiéndose apoderado de Siracusa, obliga al tirano á hacer un tratado.

Postquam Corinthum pervenit Dion, et eòdem perfugit Heraclides², ab eodem expulsus Dionysio, qui præfectus fuerat equitum, omni ratione bellum comparare cœperunt; sed non multùm proficiebant, quòd multorum annorum tyrannis³ magnarum opum⁴ putabatur. Quam ob causam pauci ad societatem periculi perducebantur. Sed Dion, fretus non tam suis copiis quàm odio tyranni, maximo animo, duabus onerariis navibus, quinquaginta annorum imperium, munitum quingentis longis navibus⁵, decem equitum, centum peditum millibus, profectus oppugna-

un instante en que pudiese hacer reflexion sobre lo que le pasaba.

¹ *Usque eò statum vitæ commutatum ferre non potuit.* No pudo sufrir una tan grande mudanza de vida.

² *Heraclides.* Hombre alborotado, y muy ambicioso.

³ *Multorum annorum tyrannis.* La tiranía habia por lo menos durado cincuenta años, repartidos entre los dos Dionisios.

⁴ *Magnarum opum.* De mucho poder.

⁵ *Longis navibus.* Galeras.

tum, quod omnibus gentibus admirabile est visum, adeo facilè pereculit, ut, post diem tertium quàm Siciliam attigerat, Syracusas introierit. Ex quo intelligi potest « nullum esse imperium tutum, nisi « benevolentia munitum. » Eo tempore aberat Dionysius, et in Italiâ classem opperiebatur, adversariorum ratus neminem sine magnis copiis ad se venturum. Quæ res eum fefellit: nam Dion iis ipsis qui sub adversarii fuerant potestate, regios spiritus repressit¹, totiusque ejus partis Siciliae potitus est, quæ sub Dionysii potestate fuerat; parique modo urbis Syracusarum, præter arcem² et insulam adjunctam³ oppido; eòque rem perduxit, ut talibus pactionibus pacem tyrannus facere vellet: « Siciliam » Dion obtineret, Italiam Dionysius, Syracusas » Apollocrates⁴, » cui maximam fidem uni habebat Dionysius.

CAPÍTULO VI.

Sentimiento de Dion por la pérdida de su hijo. Haciendo dar la muerte á Heráclides, se atrae la aversion del pueblo.

Has tam prosperas tamque inopinatas res consecuta est subita commutatio, quòd fortuna suâ mobilitate, quem paulò antè extulerat, demergere est adorta⁵. Primùm in filio, de quo commemoravi

¹ *Regios spiritus repressit.* Abatió el orgullo del tirano.

² *Arcem.* La ciudadela.

³ *Insulam adjunctam.* Una isleta, que era una de las cuatro partes de la ciudad.

⁴ *Apollocrates.* Hijo mayor del mismo Dionisio.

⁵ *Demergere est adorta.* Empezó á abatir.

suprà, suam vim exercuit. Nam, quum uxorem reduxisset, quæ alii fuerat tradita, filiumque vellet revocare ad virtutem a perditâ luxuriâ, accepit gravissimum parens vulnus morte filii: deinde orta dissensio est inter eum et Heraclidem, qui, Dioni principatum non concedens¹, factionem comparavit. Neque is minùs valebat apud optimates, quorum consensu præerat classi, quum Dion exercitum pedestrem teneret. Non tulit hoc animo æquo Dion, et versus illum Homeri retulit ex secundâ rhapsodiâ², in quo hæc sententia est: « Non posse³ bene geri « rempublicam multorum imperiis: » quod dictum magna invidia consecuta est. Namque aperuisse videbatur, se omnia in suâ potestate esse velle. Hanc ille non lenire obsequio, sed acerbitate opprimere studuit, Heraclidemque, quum Syracusas venisset, interficiendum curavit.

¹ *Principatum non concedens.* No pudiendo sufrir el que Dion estuviera en mas altura.

² *Ex secundâ rhapsodiâ.* Del 2 lib. de la Iliada. Los poemas de Homero estaban sin division de libros. Como algunos no podian tener toda la obra, trasladaban algunos trozos, y les ponian los nombres tomados del asunto mismo que se frataba en ellos. El primer trozo se llamaba la cólera de Aquiles, etc. De estos trozos resultó la division en libros. Rapsodia es lo mismo que la palabra *cosido* ó *costura*, esto es, trabazon. La rapsodia se llama tambien *cantus*, porque solian cantarla.

³ *Non posse, etc.* La sententia es de Homero, aunque no es traduccion literal del verso que dice así: que no puede ir bien gobernada una república donde son muchos los que mandan.

CAPÍTULO VII.

Dion se granjea la voluntad de los soldados con dádivas, pierde la amistad de los grandes, y se le da el nombre de tirano.

Quod factum omnibus maximum timorem iniecit, nemo enim, illo interfecto, se tutum putabat. Ille autem, adversario remoto, licentiùs¹ eorum bona, quos sciebat adversùs se sensisse, militibus dispersit. Quibus divisis, quum quotidiani maximi fierent sumptus, celeriter pecunia deesse cœpit; neque, quò manus porrigeret, suppetebat, nisi in amicorum possessiones. Id ejusmodi erat, ut², quum milites reconciliasset, amitteret optimates³. Quarum rerum curâ frangebatur; et, insuetus malè audiendi⁴, non æquo animo ferebat de se ab his malè existimari; quorum paulò antè in cœlum fuerat elatus laudibus. Vulgus autem, offensâ in eum militum voluntate⁵, liberiùs loquebatur, et tyrannum non ferendum dicebat.

¹ *Licentiùs.* Mas desenfrenadamente.

² *Id ejusmodi erat, ut.* Este era un punto tal, que.

³ *Quum milites reconciliasset, amitteret optimates.* Si volvia á ganar la milicia, rompía con la nobleza.

⁴ *Insuetus malè audiendi.* Como no estaba hecho á que le motejasen.

⁵ *Offensâ in eum militum voluntate.* Estando descontentos con él los soldados.

CAPÍTULO VIII.

Dion es engañado y sorprendido por Calícrates.

Hæc ille intuens, quum quemadmodum sedaret nesciret, et, quorsum evaderent¹, timeret, Calliocrates quidam, civis Atheniensis, qui simul cum eo ex Peloponneso in Siciliam venerat, homo et callidus et ad fraudem acutus², sine ullâ religione ac fide, adit ad Dionem, et ait « eum in magno periculo » esse, propter offensionem populi et odium militum; » quod nullo modo evitare posset, nisi alicui suorum » negotium daret³, qui se simularet illi inimicum⁴. » Quem si invenisset idoneum, facilè omnium animos cogniturum, adversariosque sublaturum⁵, » quòd inimici ejus dissidenti suos sensus aperturi forent⁶. » Tali consilio probato, exceptit has partes⁷ ipse Callicrates, et se armat imprudentiâ Dionis. Ad eum interficiendos socios conquirat; adversarios

¹ Quorsum evaderent. El paradero que tendrían las cosas.

² Ad fraudem acutus. Diestro en armar traiciones.

³ Nisi alicui suorum negotium daret. Si no se valía de alguno de sus confidentes.

⁴ Qui se simularet illi inimicum. El que se fingiese su enemigo.

⁵ Adversariosque sublaturum. Que se desharia de sus enemigos.

⁶ Dissidenti suos sensus aperturi forent. Al que se le mostrase enemigo descubrirían todos sus secretos.

⁷ Exceptit has partes. Lo toma á su cargo, se eucarga de este papel.

ejus convenit, conjurationem confirmat¹. Res, multis consciis quæ gereretur, elata², refertur ad Aristomachen, sororem Dionis, uxoremque Areten. Illæ, timore perterritæ, conveniunt cujus de periculo timebant. At ille negat a Callicrate fieri sibi insidias, sed illa, quæ agerentur, fieri præcepto suo³. Mulieres nihilò seciùs Callicratem in ædem Proserpinæ⁴ deducunt, ac jurare cogunt, nihil ab illo periculi fore Dionis. Ille hac religione⁵ non modò ab incepto non deterritus, sed ad maturandum concitatus est, verens ne priùs consilium aperiretur suum, quàm conata perfecisset.

CAPÍTULO IX.

Dion es asesinado en su casa un día de fiesta. (Año 2 de la olimpiada cvi, 555 antes de J. C.)

Hac mente, proximo die festo⁶, quum a conventu remotum⁷ se Dion domi teneret, atque in conclavi edito⁸ recubisset, consciis loca munitiora oppidi tradit, domum custodibus sepi⁹, a foribus qui non

¹ Confirmat. Da nuevo vigor.

² Elata. Rezumándose.

³ Præcepto suo. Por disposición suya.

⁴ Proserpinæ. A la que hurtó Pluton en Sicilia, y así este era el juramento mas solemne.

⁵ Hac religione. Por este sagrado freno.

⁶ Festo. De Proserpina, en cuyo templo habia jurado no hacer nada contra Dion.

⁷ A conventu remotum. Que no habia concurrido con el pueblo á la fiesta.

⁸ In conclavi edito. En un cuarto alto.

⁹ Sepit. Rodca.

discederent certos præficit. Navem triremem armatis ornat, Philocratiq[ue] fratri suo tradit, eamque in portu agitari jubet, ut si exercere remiges vellet; cogitans, si fortè consiliis obstitisset fortuna¹, ut haberet quò fugeret ad salutem². Suorum³ autem e numero Zacynthios⁴ adolescentes quosdam elegit, quum audacissimos, tum viribus maximis, hisque dat negotium ut ad Dionem eant inermes, sic ut conveniendi ejus gratiâ viderentur venire. Hi propter notitiam⁵ sunt intronmissi. At illi, ut limen ejus intrarunt, foribus obseratis, in lecto cubantem invadunt, colligant: sit strepitus, adeo ut exaudiri posset foris. Illic, sicut antè sæpe dictum est, quàm invisâ sit singularis potentia, et miseranda vita, qui se metui quàm amari malunt, cuius facile intellectu fuit. Namque illi ipsi custodes, si propitiâ fuissent voluntate⁶, foribus effractis servare eum potuissent, quòd illi⁷ inermes, telum foris flagitantes, vivum tenebant. Cui quum succurreret nemo, Lyeo quidam Syracusanus per fenestras gladium dedit, quò Dion interfectus est.

¹ Si fortè consiliis obstitisset fortuna. Si tal vez por algun accidente no le salía bien el lance.

² Ad salutem. Para ponerse en salvo.

³ Suorum. De sus confidentes.

⁴ Zacynthios. Naturales de Zante, isla de Jonia.

⁵ Propter notitiam. Por el conocimiento que tenían por ser tan conocidos en casa de Dion.

⁶ Si propitiâ fuissent voluntate. Si hubieran querido bien á Dion.

⁷ Illic. Los asesinos.

CAPÍTULO X.

Se sienta la muerte de Dion.

Confectâ cæde, quum multitudo visendi gratiâ introisset, nonnulli ab insciis pro noxiis conciduntur¹. Nam celeri rumore dilato Dioni vim allatam, multi concurrerant, quibus tale facinus displicebat. Hi, fal-â suspicione ducti, immerentes, inermes, ut sceleratos occidunt. Hujus de morte ut palam factum est, mirabiliter vulgî mutata est voluntas: nam qui vivum eum tyrannum vocitarant, idem liberatorem patriæ tyrannique expulsorem prædicabant². Sic subito misericordia odio successerat, ut eum suo sanguine, si possent, ab Acheronte cuperent redimere³. Itaque in urbe, celeberrimo loco⁴, elatus publicè⁵, sepulcri monumento donatus est⁶. Diem obiit circiter annos quinquaginta quinque natus, quartum post annum quàm⁷ ex Peloponneso in Siciliam redierat.

¹ Nonnulli ab insciis pro noxiis conciduntur. Algunos mataron á los inocentes por los culpados.

² Prædicabant. Le proclamaban.

³ Ab Acheronte cuperent redimere. Deseaban comprar su vida. El Aqueronte es el rio fabuloso del infierno, lo mismo que dolores fluvios.

⁴ Celeberrimo loco. En el sitio mas público.

⁵ Elatus publicè. Haciéndole las exequias á expensas del público, ó del comun.

⁶ Sepulcri monumento donatus est. Le levantaron un mausoleo.

⁷ Quartum post annum quàm. Cuatro años despues que.

XI.

IPHICRATES,

ATENIENSE.

CAPÍTULO I.

Iphicrates adquiere reputacion por el cuidado que pone en establecer la disciplina militar.

Iphicrates, Atheniensis, non tam magnitudine rerum gestarum, quàm disciplinâ militari nobilitatus est. Fuit enim talis dux, ut non solum ætatis suæ cum primis compararetur, sed ne de majoribus natu quidem quisquam anteponeretur. Multum verò in bello est versatus, sæpe exercitibus præfuit, nusquam culpâ suâ malè rem gessit; semper consilio vicit, tantumque eo valuit, ut multa in re militari partim novâ attulerit, partim meliora fecerit. Namque ille pedestria arma mutavit, quum ante illum imperatorem maximis clypeis, brevibus hastis, minutis gladiis uterentur; ille e contrario peltam pro parmâ fecit¹, a quo postea pel-

¹ *Peltam pro parmâ fecit.* Porque en los autores se habla muchas veces de este género de armaduras, explicaremos aquí la figura de las mas nombradas. 1. *Scutum.* El escudo que se llevaba en el brazo izquierdo para recibir el golpe, tenia cuatro piés de largo, y mas de dos de ancho; estaba

*tastæ*¹ pedites appellantur, ut ad motus concursusque² essent leviores. Hastæ modum duplicavit³; gladios longiores fecit. Idem genus loricarum mutavit, et pro sertis atque æneis lintheas dedit⁴: quo facto expeditiores milites reddidit, nam, pondere detracto, quod⁵ æquè corpus tegeret et leve esset, curavit.

aforrado en cuero, y guarnecido de hierro en las extremidades. 2. *Clypeus.* El broquel no se diferenciaba del escudo sino en ser enteramente redondo. 3. *Cetra.* Broquel de cueros ó correas entretrejidas. 4. *Pelta.* Broquel en figura de una hoja de higuera ó de media luna. 5. *Parma.* Broquel pequeño de cuero crudo en figura oval. Cuando empezaba á servir alguno, llevaba este su broquel ó *parma* de menor tamaño y blanco; pero en señalándose con alguna proeza, tomaba otra *parma* mayor, y en su campo ponian los símbolos ó imágenes de sus hazañas.

¹ *Peltastæ.* Armados de broqueles de media luna.

² *Ad motus concursusque.* Para las evoluciones y ataques.

³ *Hastæ modum duplicavit.* Hizo las picas al doble largas. *Modus* significa medida.

⁴ *Lintheas dedit.* Hizoles llevar lorigas de lino. Tenian mucho tiempo el lino á remojo en sal y vinagre; despues lo cardaban, lo ponian en diez y ocho ó mas dobleces, y á puro aporrearlo hacian una tela tan tupida y fuerte, que ninguna arma la pasaba.

⁵ *Quod.* Una cosa que.

CAPÍTULO II.

Ificrates hizo la guerra á los Tracios; obligó á los Lacedemonios á huir; se puso al frente de las tropas de los Persas que habia tomado á su sueldo; atajó la rapidez de las conquistas de Epaminondas. (Año 4 de la olimpiada xcvi, 595 antes de J. C.)

Bellum cum Thracibus gessit; Sauthen, socium Atheniensium, in regnum resituit. Apud Corinthum¹ tantâ severitate exercitui præfuit, ut nullæ unquam in Græciâ neque exercitiores copiae, neque magis dicto audientes fuerint duci; in eamque consuetudinem adduxit, ut, quum prælii signum ab imperatore esset datum, sine ducis operâ sic ordinatæ dispositi viderentur. Hoc exercitu *moram* Lacedæmoniorum interceptit²: quod maximè totâ celebratum est Græciâ. Iterum eodem bello omnes copias eorum fugavit: quo facto magnam adeptus est gloriam. Quum Artaxerxes ægyptio regi³ bellum inferre voluisset, Iphicratem ab Atheniensibus petivit ducem, quem præficeret exercitui conductitio⁴, cujus nume-

¹ *Apud Corinthum.* Esta expedicion de Ificrates se llamó la guerra de Corinto.

² *Hoc exercitu moram Lacedæmoniorum interceptit.* Cortó el cuerpo de tropa de los Lacedemonios llamado *mora*; que es lo mismo que *pars*. Este cuerpo de Lacedemonios era una parte muy estimada de su infantería.

³ *Regi. Acoro ó Acoris.*

⁴ *Exercitui conductitio.* A las tropas extranjeras que habia tomado á su sueldo.

rus duodecim millium fuit. Quem quidem sic omni disciplinâ militari erudit, ut quemadmodum quondam *Fabiani*¹ milites romani appellati sunt, sic *Iphicratenses* apud Græcos in summâ laude fuerint. Idem, subsidio Lacedæmoniis profectus, Epaminondæ retardavit impetus²: nam, nisi ejus adventus appropinquasset, non prius Thebani Sparta abscessissent, quàm captam incendio delessent.

CAPÍTULO III.

Calidades de Ificrates: su hijo le echa en cara el haberse casado con una extranjera.

Fuit autem et animo magno et corpore, imperatoriâque formâ³, ut ipso aspectu⁴ cuius iniceret admirationem sui; sed in labore remissus nimis, parùmque patiens, ut Theopompus memorie prodidit; bonus verò civis, fideque magnâ⁵. Quod quum in aliis rebus declaravit, tum maximè in Amyntæ Macedonis liberis tuendis; namque Eurydice⁶, ma-

¹ *Fabiani.* Se llamaron fabianas las cohortes romanas que militaron bajo el mando del famoso Fabio, que con su prudente espera deshizo á Hanibal, que tenia ya á Roma en el mayor apuro.

² *Epaminondæ retardavit impetus.* Detuvo la rapidez de las conquistas de Epaminondas. Ya veremos despues la vida de Epaminondas.

³ *Imperatoriâque formâ.* Presencia digna de un general.

⁴ *Ipo aspectu.* Con solo dejarse ver.

⁵ *Fideque magnâ.* Muy fiel en cumplir con su palabra.

⁶ *Eurydice.* Abuela de Alejandro Magno.

ter Perdiceæ et Philippi, cum his duobus pueris, Amyntâ mortuo, ad Iphieratem confugit, ejusque opibus defensa est. Vixit ad senectutem, placatis¹ in se suorum civium animis. Causam capitis semel dixit, bello sociali², simul cum Timotheo; eoque judicio est absolutus. Menesthea filium reliquit ex Thressâ³ natum, Coti⁴ regis filiâ. Is quum interrogaretur, utrum pluris patrem, matremne faceret: « Matrem, » inquit. Id quum omnibus mirum videretur, at ille: « Meritò, inquit, facio; nam pater, » quantum in se fuit, Thracem me genuit⁵; contra⁶ » mater, Atheniensem⁷. »

¹ *Placatis*. Porque una vez le quitaron el empleo.

² *Bello sociali*. En tiempo de la guerra que hicieron á los Atenienses sus enemigos confederados.

³ *Thressâ*. Nacida en la Tracia.

⁴ *Coti*. Rey de Tracia. Otros leen *Cotyis*.

⁵ *Thracem me genuit*. Porque se caso con mujer nacida en la Tracia.

⁶ *Contra*. Por el contrario.

⁷ *Mater, Atheniensem*. Porque se casó con un ateniense.

XII.

CABRIAS,

ATENIENSE.

CAPÍTULO I.

Cabrias inventa un nuevo modo de pelear. (Año 4 de la olimpiada crv, 577 antes de J. C.)

Chabrias, Atheniensis. Hic quoque in summis habitus est ducibus, resque multas memoriâ dignas gessit. Sed ex his elucet maximè inventum¹ ejus in prælio quod apud Thebas² fecit, quum Bœotii subsidio venisset. Namque in eâ victoriâ fidente summo duce Agesilao³, fugatis jam ab eo conductitiis catervis⁴ reliquam phalangem loco vetuit cedere⁵;

¹ *Inventum*. Estratagema.

² *Thebas*. Capital de la Beocia.

³ *Agesilao*. Teniendo ya por suya la victoria el gran general Agesilao.

⁴ *Conductitiis catervis*. La tropa que habian tomado á su sueldo los Beocios.

⁵ *Reliquam phalangem loco vetuit cedere*. Mandó á lo restante de la infantería que mantuviere el puesto que ocupaba. *Phalanx* entre los Macedonios era un cuerpo de ocho mil hombres. Pero entre los demás griegos no tenia número fijo, y era un tercio ó cuerpo de infantería que en batalla guardaba una formacion tan cerrada, que las armas de los unos estaban trabadas con las de los otros.

ter Perdicæ et Philippi, cum his duobus pueris, Amyntâ mortuo, ad Iphieratem confugit, ejusque opibus defensa est. Vixit ad senectutem, placatis¹ in se suorum civium animis. Causam capitis semel dixit, bello sociali², simul cum Timotheo; eoque judicio est absolutus. Menesthea filium reliquit ex Thressâ³ natum, Coti⁴ regis filiâ. Is quum interrogaretur, utrum pluris patrem, matremne faceret: « Matrem, » inquit. Id quum omnibus mirum videretur, at ille: « Meritò, inquit, facio; nam pater, » quantum in se fuit, Thracem me genuit⁵; contra⁶ » mater, Atheniensem⁷. »

¹ *Placatis*. Porque una vez le quitaron el empleo.

² *Bello sociali*. En tiempo de la guerra que hicieron á los Atenienses sus enemigos confederados.

³ *Thressâ*. Nacida en la Tracia.

⁴ *Coti*. Rey de Tracia. Otros leen *Cotyis*.

⁵ *Thracem me genuit*. Porque se caso con mujer nacida en la Tracia.

⁶ *Contra*. Por el contrario.

⁷ *Mater, Atheniensem*. Porque se casó con un ateniense.

XII.

CABRIAS,

ATENIENSE.

CAPÍTULO I.

Cabrias inventa un nuevo modo de pelear. (Año 4 de la olimpiada crv, 577 antes de J. C.)

Chabrias, Atheniensis. Hic quoque in summis habitus est ducibus, resque multas memoriâ dignas gessit. Sed ex his elucet maximè inventum¹ ejus in prælio quod apud Thebas² fecit, quum Bœotii subsidio venisset. Namque in eâ victoriâ fidente summo duce Agesilao³, fugatis jam ab eo conductitiis catervis⁴ reliquam phalangem loco vetuit cedere⁵;

¹ *Inventum*. Estratagema.

² *Thebas*. Capital de la Beocia.

³ *Agesilao*. Teniendo ya por suya la victoria el gran general Agesilao.

⁴ *Conductitiis catervis*. La tropa que habian tomado á su sueldo los Beocios.

⁵ *Reliquam phalangem loco vetuit cedere*. Mandó á lo restante de la infantería que mantuviere el puesto que ocupaba. *Phalanx* entre los Macedonios era un cuerpo de ocho mil hombres. Pero entre los demás griegos no tenia número fijo, y era un tercio ó cuerpo de infantería que en batalla guardaba una formacion tan cerrada, que las armas de los unos estaban trabadas con las de los otros.

obnixoque genu scuto¹, projectaque hastâ, impetum² excipere hostium docuit. Id novum Agesilaus intuens, progredi non est ausus, suosque jam incurrentes tubâ revocavit³. Hoc usque eò in Græciâ famâ celebratum est, ut illo statu⁴ Chabrias sibi statuam fieri voluerit, quæ publicè ei ab Atheniensibus in foro constituta est. Ex quo factum est ut postea athletæ ceterique artifices his statibus⁵ in statuâ ponendis uterentur, in quibus victoriam⁶ essent adepti.

CAPÍTULO II.

Cabrias da auxilio á Nectanebo, rey de Egipto, y á Evágoras, rey de Chipre. (Desde la olimpiada CII hasta la CIV, desde el año 587 al de 562 antes de J. C.)

Chabrias autem multa in Europâ⁷ bella administravit, quum dux Atheniensium esset: in Ægypto⁸ suâ sponte⁹ gessit. Nam Nectanebum¹⁰ adjutum

¹ *Obnixoque genu scuto.* Apoyando el escudo ó broquel sobre la rodilla.

² *Impetum.* El ataque, la carga.

³ *Tubâ revocavit.* Hizo tocar la retirada.

⁴ *Illo statu.* En aquella misma postura; es á saber, con el escudo ó broquel sobre una rodilla, y la otra en tierra.

⁵ *Statibus.* Posturas.

⁶ *Victoriam.* Victoria respecto de los atletas, y el premio ó primacia respecto de los artifices.

⁷ *Europâ.* Una de las cuatro partes del mundo. Las otras tres son Asia, Africa y América.

⁸ *In Ægypto.* Reino ó país del Africa.

⁹ *Suâ sponte.* Sin ser enviado por su república.

¹⁰ *Nectanebum.* Rey de Egipto.

profectus, regnum ei constituit¹. Fecit idem Cypri, sed publicè, ab Atheniensibus Evagoræ² adjutor datus: neque prius inde discessit quàm totam insulam bello devinceret. Quâ ex re Athenienses magnam gloriam sunt adepti. Interim bellum inter Ægyptios et Persas conflatum est; et Athenienses cum Artaxerxe societatem habebant; Lacedæmonii cum Ægyptiis, a quibus magnas prædas Agesilaus rex eorum faciebat³. Id intuens Chabrias, quum in re nullâ Agesilao cederet, suâ sponte eos adjutum profectus, ægyptiæ classi præfuit, pedestribus copiis Agesilaus.

CAPÍTULO III.

Cabrias es llamado de Egipto á Atenas, de donde sale luego para no ser el blanco de la envidia de sus conciudadanos.

Tum præfecti regis Persiæ legatos miserunt Athenas, questum quòd Chabrias adversum regem bellum gereret cum Ægyptiis. Athenienses diem certam Chabriæ præstiterunt, quam ante, domum nisi redisset⁴, capitis se illum damnatus denuntiarunt. Ille ille nuntio Athenas rediit; neque ibi diutius est moratus, quàm fuit necesse. Non enim libenter erat ante oculos civium suorum, quòd et vivebat lautè,

¹ *Regnum ei constituit.* Le aseguró el reino.

² *Evagoræ.* Evágoras era rey de Chipre: la capital de la isla de Chipre era Salamina.

³ *A quibus magnas prædas Agesilaus rex eorum faciebat.* A quienes Agesilao, rey de los Lacedemonios, hacia pagar muy caros los servicios que les hacia.

⁴ *Domum nisi redisset.* Si no comparecia.

et indulgebat sibi liberalius¹ quam ut invidiam vulgi posset effugere. Est enim hoc commune vitium in magnis liberisque civitatibus, ut invidia gloriæ comes sit, et libenter de iis detrahant quos² eminare videant altiùs; neque animo æquo pauperes alienam opulentiam intuantur fortunam. Itaque Chabrias, quoad ei licebat, plurimum aberat. Neque verò solus ille aberat Athenis libenter, sed omnes ferè principes³ fecerunt idem; quòd tantum se ab invidiâ putabant futuros, quantum a conspectu suorum recessissent. Itaque Conon plurimum Cyprî vixit, Iphicrates in Thraciâ, Timotheus Lesbî, Chares in Sigæo⁴. Dissimilis quidem Chares⁵ horum et factis et moribus, sed tamen Athenis et honoratus et potens.

CAPÍTULO IV.

Cabrias muere en la guerra de la liga, habiéndole abandonado los suyos. (Año 5 de la olimpiada cv, 538 antes de J. C.)

Chabrias autem periit bello sociali⁶, tali modo. Oppugnabant Athenienses Chium. Erat in classe

¹ *Indulgebat sibi liberalius.* Era demasiada su magnificencia.

² *De iis detrahant quos.* Hallen que tachar en los que.

³ *Principes.* Los mas visibles.

⁴ *In Sigæo.* En el promontorio de Sigæo. Está en la Tróade sobre el mar Egeo.

⁵ *Dissimilis quidem Chares.* Este fué un ateniense, el que, mas que por otra cosa, se hizo célebre por la suma facilidad en ofrecer ó prometer cualquiera cosa.

⁶ *Bello sociali.* Ya se explicó en la vida de Ificrates, cap. 5.

Chabrias privatus⁴; sed omnes qui in magistratu erant⁵, auctoritate anteibat, eumque magis milites, quam qui præerant, adspiciebant. Quæ res ei maturavit mortem. Nam dum primus studet portum intrare, et gubernatorem⁵ jubet eò dirigere navem, ipse sibi perniciæ fuit. Quum enim eò penetrasset, ceteræ non sunt secutæ. Quo facto, circumfusus hostium concursu, quum fortissimè pugnaret, navis rostro percussa⁴ cœpit sidere⁵. Hincrefugere quum posset, si se in mare dejecisset, quòd suberat⁶ classis Atheniensium, quæ exciperet natantes, perire maluit, quam, armis abjectis⁷, navem relinquere in quâ fuerat vectus. Id ceteri facere noluerunt, qui nando in tutum⁸ pervenerunt. At ille, præstare honestam mortem turpi vitæ existimans, cominus pugnans, telis hostium interfectus est.

⁴ *Privatus.* De voluntario.

⁵ *Qui in magistratu erant.* Que tenían el mando.

⁵ *Gubernatorem.* Piloto.

⁴ *Rostro percussa.* Maltratada en la proa.

⁵ *Cœpit sidere.* Empezó á irse á fondo.

⁶ *Quòd suberat.* Porque estaba cerca.

⁷ *Armis abjectis.* Arrojadadas las armas. Era la mayor ignominia entre los Atenienses el arrojar las armas para salvar la vida.

⁸ *In tutum.* En salvo.

XIII.

TIMOTEO,

HIJO DE CONON, ATENIENSE.

CAPÍTULO I.

Retrato de Timoteo; sus bellas acciones. (Año 1º. de la olimpiada cix, 564 antes de J. C.)

Timotheus, Cononis filius, Atheniensis. Hic a patre acceptam gloriam multis auxit virtutibus. Fuit enim disertus, impiger, laboriosus, rei militaris peritus, neque minus civitatis regendæ. Multa hujus sunt præclarè facta, sed hæc maximè illustria. Olynthios¹ et Byzantios² bello subegit; Samum³ cepit, in qua oppugnandâ superiori bello Athenienses mille et ducenta talenta consumpserant: id ille sine ullâ publicâ impensâ populo restituit. Adversus Cotyn⁴ bella gessit, ab eoque mille et ducenta talenta prædæ

¹ *Olynthios*. Habitantes de Olinto, ciudad de Tracia, fronteriza á Macedonia.

² *Byzantios*. Habitadores de Bizancio, hoy Constantinopla, capital de la Turquía.

³ *Samum*. Una de las islas Espórades en la costa del Asia menor.

⁴ *Cotyn*. Rey de Pastagonia en el Asia menor. Es distinto del rey Cotis de que se habla en la vida de Ificrates, cap. 5.

in publicum retulit. Cyzicum¹ obsidione liberavit. Ariobarzani² simul cum Agesilao auxilio profectus est: a quo quum Laco³ pecuniam numeratam accepisset, ille cives suos agro atque urbibus augeri maluit, quàm id sumere, ejus partem domum suam ferre posset. Itaque accepit Crithoten⁴ et Sestum⁵.

CAPÍTULO II.

Erigese una estatua á Timoteo despues de su victoria contra los Lacedemonios. (Año 1º. de la olimpiada cxi, 556 antes de J. C.)

Idem, classi præfectus, circumvehens Peloponnesum⁶, Laconiam populatus, classem eorum⁷ fugavit. Coreyram sub imperium Atheniensium redegit, sociosque idem adjunxit⁸ Epirotas⁹, Athamanas¹⁰, Chaonas¹¹, omnesque eas gentes quæ mare illud¹²

¹ *Cyzicum*. Ciudad de la Misia ó de la Natolia.

² *Ariobarzani*. General persa, famoso por el apuro en que puso á Alejandro Magno en unos desfiladeros de la Sicilia.

³ *Laco*. El Lacedemonio, Agesilao.

⁴ *Crithoten*. Critote, ciudad del Quersoneso de Tracia.

⁵ *Sestum*. Sestos, ciudad en la costa del Helesponto.

⁶ *Classi præfectus, circumvehens Peloponnesum*. Costeando con su armada el Peloponeso.

⁷ *Eorum*. De los Lacedemonios.

⁸ *Sociosque idem adjunxit*. Hizo aliados suyos.

⁹ *Epirotas*. Pueblos de Épiro sobre el mar Adriático.

¹⁰ *Athamanas*. Pueblos cercanos á Épiro, sobre cuyo nombre hay no poca disputa.

¹¹ *Chaonas*. Pueblos de las mismas cercanías de Épiro.

¹² *Mare illud*. El Adriático.

adjacent. Quo factò Lacedæmonii de diutinâ contentionē destiterunt, et suâ sponte Atheniensibus imperii maritimi principatum concesserunt, pacemque his legibus constituerunt, ut Athenienses mari duces essent⁴. Quæ victoria tantæ fuit Atticis lætitiæ, ut tum primùm aræ Paci publicæ sint factæ, eique deæ pulvinar² sit institutum. Cujus laudis ut memoria maneret, Timotheo publicè statuam in foro posuerunt; qui honos huic uni ante hoc tempus contigit, ut, quum patri populus statuam posuisset, filio quoque daret. Sic, juxtâ posita, recens filii veterem patris renovavit memoriam.

CAPÍTULO III.

Timoteo, siendo ya viejo, aynda con sus consejos á Menesteco su yerno : es acusado y condenado. (Año 4º. de la olimpiada cvi, 556 antes de J. C.)

Hic quum esset magno natu³, et magistratus gerere desisset, bello Athenienses undique premi sunt cœpti. Defecerat⁴ Samus; descierat⁵ Hellespontus; Philippus⁶ jam tum valens Macedo multa moliebatur:

⁴ *Mari duces essent.* Mandasen las armadas navales.

² *Pulvinar.* Almohada en que descansaba la diosa. Cosa muy usada entre las supersticiones, así de los Romanos como de los Griegos, en las fiestas que hacian á sus dioses de resulta de alguna victoria.

³ *Magno natu.* De mucha edad.

⁴ *Defecerat.* Se habia rebelado.

⁵ *Descierat.* Habia negado la obediencia.

⁶ *Philippus.* Padre de Alejandro Magno.

tur: cui oppositus Chares¹ quum esset, non satis in eo præsidii putabatur. Fit Menestheus² prætor³, filius Iphicratis, gener Timothei; et, ut ad bellum proficiscatur, decernitur. Huic in consilium dantur duo, usu et sapientiâ præstantes, quorum consilio uteretur, pater et socer: quòd in his tanta erat auctoritas, ut magna spes esset, per eos amissa posse recuperari. Hi quum Samum profecti essent, et eòdem Chares, eorum adventu cognito, cum suis copiis proficisceretur, ne quid absente se gestum videretur, accidit, quum ad insulam appropinquarent, ut magna tempestas oriretur: quam evitare duo veteres imperatores utile arbitrati, suam classem suppresserunt⁴. At ille, temerariâ usus ratione⁵, non cessit majorum natu auctoritati, et, ut si in suâ navi esset fortuna⁶, quò contenderat, pervenit; eòdemque ut sequerentur, ad Timotheum et Iphicratem nuntium misit. Hinc, malè re gestâ, compluribus amissis navibus, eòdem unde erat profectus se recepit; litterasque Athenas publicè misit, sibi proclive fuisse⁷ Samum capere, nisi a Timotheo et Iphicrate desertus esset. Ob eam rem in crimen

¹ *Chares.* Véase la vida de Cabrias, cap. 5.

² *Menestheus.* Véase la vida de Ificrates, cap. 5.

³ *Prætor.* General de la armada naval.

⁴ *Suam classem suppresserunt.* Anclaron.

⁵ *Ille temerariâ usus ratione.* Cares arrebatado de su temeridad.

⁶ *Ut si in suâ navi esset fortuna.* Como si llevara á bordo la fortuna.

⁷ *Sibi proclive fuisse.* Que le hubicra costado poco.

vocabantur : populus acer¹, suspicax, mobilis, adversarius², invidus etiam potentiae, domum revocat; accusantur proditiōnis. Hoc iudicio damnatur Timotheus, lisque ejus aestimatur³ centum talentis. Ille, odio ingratae civitatis coactus, Chalcidem⁴ se contulit.

CAPÍTULO IV.

Se obliga al hijo de Timoteo á reparar una parte de las murallas de Atenas. Fidelidad de Jason.

Hujus post mortem, quum populum iudicii sui pœniteret, multa novem partes detraxit; et decem talenta Cononem, ejus filium, ad muri quamdam partem reficiendam jussit dare. In quo fortunæ varietas est animadversa⁵: nam quos avus Conon muros, ex hostium prædâ, patriæ restituerat⁶, eosdem nepos, cum summâ ignominia familiæ, ex suâ re familiari reficere⁷ coactus est. Timothei autem moderatæ sapientisque vitæ quum pleraque possimus proferre testimonia, uno erimus contenti, quòd ex eo facili conjici poterit quàm carus suis⁸ fuerit. Quum Athe-

¹ Acer. Fácil en acalorarse.

² Adversarius. Mal inclinado, desafecto.

³ Lisque ejus aestimatur. Véase la vida de Milcíades, cap. 7, nota última.

⁴ Chalcidem. Ciudad de Negropono.

⁵ In quo fortunæ varietas est animadversa. En lo que se echaron de ver los altos y bajos de las cosas humanas.

⁶ Restituerat. Había reedificado.

⁷ Reficere. Reparar.

⁸ Suis. A sus amigos.

nis adolescentulus causam diceret, non solùm amici privatique hospites ad eum defendendum conveniunt, sed etiam in eis Jason¹ tyrannus, qui illo tempore fuit omnium potentissimus. Hic quum in patriâ sine satellitibus² se tutum non arbitraretur, Athenas sine ullo præsidio³ venit; tantique hospitem fecit⁴, ut mallet se capitis periculum adire, quàm Timotheo de famâ dimicanti deesse. Hunc adversus tamen Timotheus postea, populi jussu, bellum gessit; patriæque sanctiora jura⁵ quàm hospitii esse duxit. Hæc extrema fuit ætas⁶ imperatorum Atheniensium, Iphicratis, Chabriæ, Timothei; neque post illorum obitum quisquam dux in illâ urbe fuit dignus memoriâ.

¹ Jason. Rey ó tirano de Tesalia, ó por mejor decir, en Fera, ciudad de dicha provincia. Llamábase Phœreus.

² Sine satellitibus. Sin guardia.

³ Præsidio. Guardia.

⁴ Tantique hospitem fecit. Estimó tanto al huésped.

⁵ Sanctiora jura. Mas sagrados los derechos.

⁶ Extrema ætas. Ultima era ó época.

XIV.

DÁTAMES,
HIJO DE CAMISARES, DE CARIA.

CAPÍTULO I.

Dátames, bajo Artajerjes Mnemon, sucede á su padre en el gobierno de la Cilicia. (Año 4 de la olimpiada xcviij, 585 antes de J. C.)

Venionunc ad fortissimum virum, maximique consilii omnium barbarorum¹, exceptis duobus Carthaginiensibus, Hamilcare et Hannibale; de quo hęc plura referemus, quòd² et obscuriora sunt ejus gesta pleraque, et ea, quę prosperè ei cesserunt, non magnitudine copiarum, sed consilii, quo tum omnes superabat, acciderunt. Quorum nisi ratio³ explicata fuerit, res apparere⁴ non poterunt. Datames, patre Camissare, natione Care⁵, matre scythissá⁶ natus,

¹ *Maximique consilii omnium barbarorum.* El de mas cabeza de todos los extranjeros, ó de todos aquellos á quienes los Griegos tratan de bárbaros.

² *De quo hęc plura referemus, quòd.* Del cual hablaré tanto mas difusamente, cuanto, etc.

³ *Ratio.* La serie.

⁴ *Apparere.* Constar con claridad.

⁵ *Natione Care.* Natural de la Caria, provincia del Asia menor.

⁶ *Scythissá.* Natural de la Escitia.

primùm militum numero fuit, apud Artaxerxem, eorum qui regiam tuebantur¹. Pater ejus Camissares, quòd et manu fortis, et bello strenuus, et regi multis locis² fidelis erat repertus, habuit provinciam Cilicię, juxta Cappadociam, quam incolunt Leucosyri³. Datames, militare munus fungens, primùm qualis esset apparuit in bello quod rex⁴ adversus Cadusios⁵ gessit: namque hic, multis millibus regionum⁶ interceptis, magni fuit ejus opera⁷. Quo factum est, ut, quum in eo bello cecidisset Camissares, paterna ei traderetur provincia.

CAPÍTULO II.

Dátames coge á Tio vivo.

Pari se virtute postea prębuit, quum Autophradates⁸, jussu regis, bello persequeretur eos qui de-

¹ *Qui regiam tuebantur.* Que hacian guardia en palacio.

² *Multis locis.* En muchas ocasiones.

³ *Leucosyri.* Pueblos que habitaban una parte de la Capadocia.

⁴ *Rex.* Artajerjes, llamado Oco.

⁵ *Cadusios.* Pueblos de la Media, entre el mar Caspio y el Ponto Euxino.

⁶ *Regionum.* De las tropas del rey Artajerjes. Otros leen *hostium*, y otros omiten *regionum*.

⁷ *Magni fuit ejus opera.* Sirvió de mucho en la batalla. Segun la leccion que seguimos, la hazaña de Dátames fué el rechazar al enemigo, que hacia mucho destrozo en el ejército de Artajerjes.

⁸ *Autophradates.* General de Artajerjes.

fecerant : namque ejus operâ hostes, quum castra jam intrassent¹, profligati sunt, exercitusque reliquus conservatus regis est. Quâ ex re majoribus rebus præesse cœpit. Erat eo tempore Thyus, dynastes² Paphlagoniæ³, antiquo genere, natus a Pylæmenc illo, quem Homerus⁴ troico bello a Patroclo interfectum ait. Is regi dicto audiens non erat. Quam ob causam bello eum persequi constituit; eique rei præfecit Datamem, propinquum Paphlagonis : namque ex fratre et sorore erant nati. Quam ob causam Datames omnia primùm experiri voluit, ut sine armis propinquum⁵ ad officium⁶ reduceret. Ad quem quum venisset sine præsidio, quòd ab amico nullas vereretur insidias, pene interit : nam Thyus eum clam interficere voluit. Erat mater cum Datame⁷, amita Paphlagonis : ea, quid ageretur, rescivit, filiumque monuit. Ille fugâ periculum evitavit, bellumque indixit Thyo. In quo quum ab Ariobarzane, præfecto Lydiæ et Ioniæ totiusque Phrygiæ, desertus esset,

¹ *Quum castra jam intrassent.* Habiendo ya vencido las trincheras.

² *Dynastes.* Señor principal, régulo ó rey tributario de la Persia.

³ *Paphlagoniæ.* Provincia del Asia menor.

⁴ *Homerus.* Aqui padeciò Nepote manifesta equivocacion; pues por Homero consta que no fuè Patroclo, sino el Rey Menelao, quien mató á Pilemenes.

⁵ *Propinquum.* Eran primos carnales.

⁶ *Ad officium.* A su obligacion, ó su deber.

⁷ *Erat mater cum Datame.* La madre estaba en compañía de Dátames.

nihilò segniùs perseveravit¹, vivumque Thyum cepit cum uxore et liberis.

CAPÍTULO III.

Dátames, disfrazado con un traje muy extraño, lleva á Tio delante del rey. Nómbrasele general de las tropas para la guerra de Égipto.

Cujus facti ne priùs fama ad regem quàm ipse perveniret, dedit operam. Itaque, omnibus insciis, eò, ubi erat rex, venit, posteroque die Thyum, hominem maximi corporis, terribilique facie, quòd et niger et capillo longo barbâque erat prolixâ², optimâ veste³ contexit, quam satrapæ regii gerere consueverant; ornavitque etiam torque et armillis⁴ aureis, ceteroque regio cultu⁵. Ipse agresit duplici amiculo⁶ circumdatus, hirtâque tunicâ⁷, gerens in capite galeam venatoriam⁸, dextrâ manu clavam⁹, sinistrâ copu-

¹ *Nihilò segniùs perseveravit.* Llevó adelante la empresa sin aflojar un punto.

² *Prolixâ.* Larga.

³ *Optimâ veste.* Ropa de púrpura bordada de oro, de que usaban los reyes de Persia, y concedian por distincion á los sátrapas ó señores principales.

⁴ *Armillis.* Brazaletes.

⁵ *Regio cultu.* El ornato real, insignias reales.

⁶ *Duplici amiculo.* Capoton, sayo, casacon, que tambien se llama en latin *abolla*.

⁷ *Hirtâ tunicâ.* Una zamarra.

⁸ *Galeam venatoriam.* Casco de cazador. Este se hacia de los despojos de las fieras cazadas.

⁹ *Clavam.* Maza.

lam⁴, quã vincum ante se Thyum agebat, ut si feram bestiam captam duceret. Quem omnes quum prospicerent propter novitatem ornatũ ignotamque formam², ob eamque rem magnus esset concursus, fuit non nemo qui agnosceret Thyum, regique nuntiaret. Primò non accreditit. Itaque Pharnabazum misit exploratum; a quo ut rem gestam comperit, statim admitti jussit, magnopere delectatus quum facto, tum ornatu, in primis quòd nobilis rex in potestatem inopinanti venerat. Itaque magnificè Datamem donatum ad exercitum misit, qui tum contrahebatur duce Pharnabazo et Tithrauste ad bellum ægyptium; parique cum atque illos imperio⁵ esse jussit. Postea verò quã Pharnabazum rex revocavit, illi summa imperii tradita est⁶.

CAPÍTULO IV.

Dátames, detenido por órden del rey de Persia, coge á Aspis, sátrapa de Cataonia.

Hic quum maximo studio compararet exercitum, Ægyptumque proficisci pararet, subito a rege litteræ sunt ei missæ, ut Aspim aggrederetur, qui Cataoniam⁵ tenebat; quæ gens jacet supra Ciliciam⁶; con-

⁴ Copulam. Soga, correa, ramal.

² Formam. Figura.

⁵ Imperio. Autoridad.

⁶ Illi summa imperii tradita est. Quedó mandando en jefe.

⁵ Cataoniam. Esta tierra ó provincia, segun algunos, era parte de la Capadocia.

⁶ Supra Ciliciam. Mas allá de la Cilicia.

finis Cappadociæ. Namque Aspis, saltuosam⁴ regionem castellisque munitam incolens, non solum imperio regis non parebat, sed etiam finitimas regiones vexabat; et, quæ regi portarentur, abripiebat. Datames, etsi longè aberat ab his regionibus, et a majore re abstrahebatur², tamem regis voluntati morem gerendum putavit. Itaque cum paucis, sed viris fortibus, navem conscendit, existimans (id quod accidit) facilius se imprudentem³ parvã manu oppressurum, quã paratum, quamvis magno exercitu. Hac⁴ delatus in Ciliciam, egressus inde, dies noctesque iter faciens, Taurum transiit, eoque, quò studuerat, venit. Querit quibus locis sit Aspis: cognoscit haud longè abesse, profectumque eum venatum; quem dum speculatur⁵, adventus ejus causa cognoscitur. Pisidas⁶, cum iis quos secum habebat, ad resistendum Aspis comparat. Id Datames ubi audivit, arma sumit; suos sequi jubet; ipse equo concitato⁷ ad hostem vehitur. Quem procul Aspis conspiciens ad se ferentem⁸, pertimescit, atque a conatu resistendi deterritus, sese dedit.

⁴ Saltuosam. Cortada con desfiladeros.

² A majore re abstrahebatur. Le apartaban de una empresa mas importante.

³ Imprudentem. Desapercibido.

⁴ Hac. En esta nave.

⁵ Quem dum speculatur. Mientras toma lengua, mientras le espia.

⁶ Pisidas. Un cuerpo de Pisidas, gente de aquella cerania.

⁷ Equo concitato. A toda brida, á rienda suelta.

⁸ Ad se ferentem. Que iba á dar sobre él.

Hunc Datames vinctum ad regem ducendum tradit Mithridati.

CAPÍTULO V.

Dátamos, informado de los lazos que le arman los cortesanos del rey, se apodera de la Capadocia y de la Paflogonia. (Año 3 de la olimpiada civ, 562 antes de J. C.)

Hæc dum gerantur, Artaxerxes, reminiscens a quanto bello ad quam parvam rem principem ducum¹ misisset, se ipse reprehendit, et nuntium ad exercitum Acen² misit (quod nondum Datamem profectum putabat) qui diceret ne ab exercitu discederet. Ille, priusquam perveniret quò erat profectus, in itinere convenit, qui Aspim ducebant. Quà celeritate quum magnam benevolentiam regis Datames consecutus esset, non minorem invidiam aulicorum excepit³, qui illum unum pluris quàm se omnes fieri videbant; quo facto, cuncti ad eum opprimendum⁴ consenserunt. Hæc Pandates, gazæ custos regiae⁵, amicus Datami, perscripta ei mittit, in quibus docet, eum magno fore in periculo, si quid, illo imperante, in Ægypto adversi accidisset: namque eam esse consuetudinem regiam, ut casus adversos hominibus tribuant, secundos fortunæ suæ: quo fieri ut facile

¹ Principem ducum. El mejor de sus generales.

² Acen. Ciudad de Fenicia.

³ Excepit. Tuvo que sufrir, experimentó.

⁴ Ad eum opprimendum. A derribarle, á solicitar su caída.

⁵ Gazæ custos regiae. Guarda del tesoro del rey. Gaze es palabra persiana, que significa riquezas.

impellantur ad eorum perniciem, quorum ductu res malè gestæ nuntientur: illum hóc majore fore in discrimine, quòd, quibus rex maximè obediat¹, eos habeat inimicissimos. Talibus ille litteris cognitis, quum jam ad exercitum Acen venisset, quòd non ignorabat ea verè scripta, desciscere a rege constituit; neque tamen quidquam fecit, quod fide suâ esset indignum. Nam Mandroelem magnetem² exercitui præfecit; ipse cum suis³ in Cappadociam discedit; conjunctamque huic Paphlogoniam occupat, celans quâ voluntate esset in regem. Clam cum Ariobarzane facit amicitiam, manum comparat, urbes munitas suis tuendas tradit.

CAPÍTULO VI.

Dátamos pierde á su hijo, que habia enviado á pelear contra los Pisidas. Vengase de la perfidia de su suegro, que so habia pasado al enemigo.

Sed hæc propter hiemale tempus minús prosperè procedebant. Audit Pisidas quasdam copias adversus se parare. Filium eò Arsidaeum cum exercitu mittit. Cadit in prælio adolescens: proficiscitur eò pater, non ita magnâ cum manu, celans quantum vulnus accepisset; quòd prius ad hostem pervenire cupiebat, quàm de re malè gestâ fama ad suos perveniret, ne, cognitâ filii morte, animi debilitarentur militum.

¹ Quibus rex maximè obediât. Los que mas mano tienen con el rey, de los que mas se fia el rey.

² Magnetem. Natural de Magnesia, en Macedonia.

³ Cum suis. Con algunos de sus afectos.

Quò contenderat, pervenit; iisque locis castra ponit, ut neque circumiri multitudine adversariorum posset, neque impediri quominus ipse ad dimicandum manum haberet expeditam. Erat cum eo Mithrobarzanes, socer ejus, praefectus equitum: is, desperatis generi rebus, ad hostes transfugit. Id Datames ut audivit, sensit⁴, si in turbam exisset ab homine tam necessario se relictum, futurum, ut ceteri consilium sequerentur. In vulgus edit², « suo jussu Mithrobarzanem profectum pro perfugâ⁵, quò facilius receptus hostes interficeret. Quare eum relinqui non par esse, sed omnes confestim sequi: quod si animo strenuo fecissent, futurum ut adversarii non possent resistere, quum et intra vallum et foris⁶ caederentur. » Hac re probatâ, exercitum educit; Mithrobarzanem persequitur, qui tantum quòd⁷ ad hostes pervenerat, Datames signa inferri jubet⁸. Pisidæ novâ re commoti, in opinionem adducuntur perfugas malâ fide compositi⁷ fecisse, ut, recepti, essent majori calamitati. Primum eos adoriuntur. Illi⁸, quum quid ageretur, aut quare fieret, ignorarent, coacti sunt cum eis pugnare ad quos transierant, ab hisque stare⁹ quos reliquerant.

⁴ Sensit. Echó de ver, se hizo cargo.

² In vulgus edit. Publica, esparce la voz de que.

⁵ Pro perfugâ. Como si fuera desertor.

⁶ Intra vallum et foris. Dentro y fuera de las trincheras.

⁷ Tantum quòd, por vicium. Apenas.

⁸ Signa inferri jubet. Manda atacar.

⁷ Compositi. De acuerdo con Dátames.

⁸ Illi. Los desertores.

⁹ Ab hisque stare. Y pelear á favor de aquellos.

Quibus quum neutri parcerent, celeriter sunt occisi. Reliquos Pisidas resistentes Datames invadit; primo impetu pellit; fugientes persequitur; multos interficit; castra hostium capit. Tali consilio, uno tempore et proditores perculit, et hostes profligavit; et, quod ad suam perniciem fuerat cogitatum, id ad salutem convertit: quo neque acutius ullius imperatoris cogitatum, neque celerius factum usquam legimus.

CAPÍTULO VII.

Dátames es vendido por su hijo mayor.

Ab hoc tamen viro Scismas, maximus natu filius, desciiit, ad regemque transiit, et de defectione patris detulit. Quo nuntio Artaxerxes commotus, quòd intelligebat sibi cum viro forti ac strenuo negotium esse, qui quum cogitasset, facere auderet, et prius cogitare quàm conari consuisset, Autophradatem in Cappadociam mittit. Hic ne intrare posset saltum, in quo Ciliciæ portæ¹ sunt silæ, Datames præoccupare studuit; sed tam subito copias contrahere non potuit. A quâ re depulsus², cum eâ manu quam contraxerat, locum delegit talem, ut neque circumiretur ab hostibus, neque præteriret adversarius³, quin

¹ Cilicia portæ. Para entrar en la Cilicia no hay mas que tres estrechos, embocaduras, gargantas ó desfiladeros. El paso desde la Capadocia á la Cilicia es tan malo, que mas que entrada, parece no ser sino unas puertas.

² A quâ re depulsus. No habiendo podido impedir el paso.

³ Neque præteriret adversarius. Ni pudiese avanzar mas el enemigo.

ancipitibus¹ locis premeretur; et, si dimicare cum eo vellet, non multum obesse multitudo hostium suæ paucitati posset.

CAPÍTULO VIII.

Autofradates es vencido por Dátames, á pesar de la superioridad de sus fuerzas.

Hæc etsi Autophradates videbat, tamen statuit congregari, quàm cum tantis copiis refugere², aut tandem in uno loco sedere. Habebat barbarorum equitum viginti, peditum centum millia, quos illi Cardacas³ appellant, ejusdemque generis tria funditorum. Præterea Cappadocum octo, Armeniorum decem, Paphlagonum quinque, Phrygum decem, Lydorum quinque, Aspendiorum et Pisidarum circiter tria, Cilicum duo, Captianorum totidem, ex Græciâ conductorum tria millia, levis armaturæ maximum numerum. Has adversus copias spes omnis consistebat Datami in se, locique naturâ: namque hujus partem non habebat vicesiman militum. Quibus fretus confligit, adversariorumque multa millia concidit, quum de ipsius exercitu non amplius hominum mille cecidisset. Quam ob causam postero

¹ *Ancipitibus.* Véase la vida de Temíst., cap. 5, not. 5.

² *Refugere.* Retirarse, volver pié atrás.

³ *Cardacas.* Algunos dicen que era una infantería así llamada de la palabra persiana *carda*, que significa *violento*, *feroz*, *guerrero*. Otros dicen que eran unos pueblos del Asia menor, de donde también eran las demás naciones de que se componía este ejército.

die tropæum⁴ posuit, quo loco pridie pugnatum erat. Hinc quum castra movisset, semperque inferior copiis, superior omnibus præliis discedebat, quòd nunquam manum consereret, nisi quum adversarios locorum angustiis clausisset, quod perito regionum, callidèque cogitanti sæpe accidebat. Autophradates, quum bellum duci⁵ majore regis calamitate⁶, quàm adversariorum, videret, ad pacem atque amicitiam hortatus est, ut eum rege in gratiam rediret. Quam ille etsi non fidam fore putabat, tamen conditionem accepit, seque ad Artaxerxem legatos missurum dixit. Sic bellum, quod rex adversus Datamem susceperat, sedatum putans, Autophradates in Phrygiam se recepit.

CAPÍTULO IX.

Dátames evita con astucia las asechanzas que le arma el rey.

At rex, quòd implacabile odium adversus Datamem susceperat, postquam bello eum opprimi non posse animadvertit, insidiis interficere studuit: quas ille plerasque vitavit; sicut quum nuntiatum esset quosdam sibi insidiari, qui in amicorum erant numero⁷, de quibus, quod inimici detulerant, neque creden-

⁴ *Tropæum.* Solia hacerse del tronco de un árbol, cortándole el ramaje, y colgando de él las armas y otros despojos del enemigo.

⁵ *Duci.* Ir durando, dilatarse.

⁶ *Calamitate.* Pérdida.

⁷ *In amicorum erant numero.* Que pasaban por amigos suyos, que se le vendian por amigos.

dum, neque negligendum¹ putavit; experiri voluit verum falsumne sibi esset relatum. Itaque eò profectus est quò itinere futuras insidias dixerant, sed elegit corpore et staturâ simillimum suî, eique vestitum suum dedit, atque eo loco ire, quo ipse consueverat, jussit. Ipse autem ornatu vestituque militari inter corporis custodes iter facere cœpit. At insidiatores, postquam in eum locum agmen pervenit, decepti ordine atque vestitu, in eum faciunt impetum qui suppositus erat². Prædixerat autem his Datames cum quibus iter faciebat, ut parati essent facere quod ipsum vidissent. Ipse, ut concurrentes³ insidiatores animadvertit, tela in eos coniecit. Hoc idem quum universi fecissent, priusquam pervenirent ad eum quem aggredi volebant, confixi ceciderunt.

CAPÍTULO X.

Dátames, á pesar de su prudencia, es engañado por Mitridates.

Hic tamen tam callidus vir extremo tempore⁴ captus est Mithridatis, Ariobarzani filii, dolo. Namque is pollicitus est regi, se eum interfecturum, si rex promitteret, ut, quodcumque vellet, liceret impunè⁵ facere, fidemque de eâ re, more Persarum, dextrâ⁶

¹ *Negligendum*. Despreciarlo.

² *Qui suppositus erat*. Que representaba á Dátames.

³ *Concurrentes*. Que embestian.

⁴ *Extremo tempore*. Al fin, al cabo.

⁵ *Liceret impunè*. Le concediese la impunidad.

⁶ *Dextrâ*. Entre todas las naciones la demostracion de dar la mano es prenda de guardar fielmente la palabra. Entre

dedisset. Hanc ut recepit a rege missam, [simulat se suscepisse cum rege inimicitias]: copias parat, et absens amicitiam cum Datame facit; regis provincias vexat; castella expugnat; magnas prædas capit, quarum partem suis dispertit, partem ad Datamem mittit. Pari modo complura castella ei tradit. Hæc diu faciendo, persuasit homini se infinitum¹ adversus regem suscepisse bellum: quum nihilò magis, ne quam suspicionem illi præberet insidiarum, neque colloquium ejus petivit, neque in conspectum venire² studuit. Sic absens amicitiam gerebat³, ut non beneficiis mutuis, sed odio communi, quod erga regem susceperant, contineri viderentur⁴.

CAPÍTULO XI.

Dátames es asesinado en una entrevista.

Id quum satis se confirmasse arbitratus est, certiorum facit Datamem, tempus esse majores exercitus parari, et bellum cum rege suscipi; de quâ re, si ei videretur, quo loco vellet, in colloquium veniret.

los Persas esta prenda era aun mas sagrada que el juramento mismo. No solamente solian los reyes de Persia usar de esta demostracion por si mismos en señal de su palabra real, sino que tambien solian dar á algunos sus poderes, para que en nombre del rey dieran la mano á otro.

¹ *Infitum*. Irreconciliable, que llevaria al cabo.

² *Neque in conspectum venire*. Ni avistarse con él.

³ *Amicitiam gerebat*. Le daba prendas de amistad.

⁴ *Contineri viderentur*. Pareciese el vinculo que los tenia unidos.

Probatâ re, colloquendi tempus sumitur, locusque quò conveniretur. Huc Mithridates cum uno, cui maximam habebat fidem, ante aliquot dies venit, cum pluribusque locis separatim gladios obruit, eaque loca diligenter notat. Ipso autem colloquendi die, utrique, locum qui explorarent, atque ipsos scrutarentur¹, mittunt. Deinde ipsi sunt congressi². Ille quum aliquandiu in colloquio fuissent, et diversi discessissent, jamque procul Datames abesset, Mithridates, priusquam ad suos perveniret, ne quam suspicionem pararet, in eundem locum³ revertitur; atque ibi, ubi telum erat positum, resedit, ut si a lassitudine cuperet acquiescere; Datamemque revocavit, simulans se quiddam in colloquio esse oblitum. Interim telum, quod latebat, protulit, nudatumque vaginâ veste texit, ac Datami venienti ait, digredientem se animadvertisse locum quemdam, qui erat in conspectu, ad castra ponenda esse idoneum. Quem quum digito monstraret, et ille conspiceret, aversum⁴ ferro transfixit, priusque quàm quisquam posset succurrere, interfecit. Ita vir, qui multos consilio, neminem perfidiâ ceperat, simulatâ captus est amicitia.

¹ *Ipsos scrutarentur.* Registrasen á los mismos que habían de concurrir. Esta era la costumbre de los antiguos, cuando se habían de avistar ó abocar príncipes ó generales. El *ipsos* se puede entender también de los mismos Mithridates, y Dátames.

² *Ipsi sunt congressi.* Se abocaron.

³ *In eundem locum.* Al mismo lugar donde habían conferenciado.

⁴ *Aversum.* Habiéndose vuelto.

XV.

EPAMINONDAS,

HIJO DE POLIMNO, TEBANO.

CAPÍTULO I.

Prólogo y plan de esta noticia biográfica.

Epaminondas, Polymni filius, Thebanus. De hoc priusquam scribamus, hæc præcipienda videntur¹ lectoribus, ne² alienos mores ad suos referant³, neve ea quæ ipsis leviora sunt, pari modo apud ceteros fuisse arbitrentur. Scimus enim musicen nostris moribus abesse a principis personâ⁴, saltare verò etiam in vitiis poni; quæ omnia apud Græcos et grata, et laude digna ducuntur. Quum autem exprimere imaginem consuetudinis⁵ atque vitæ velimus Epaminondæ, nihil videmur debere prætermittere, quod

¹ *Hæc præcipienda videntur.* Me parece que se debe advertir.

² *Ne. Que no.*

³ *Ad suos referant.* Midan por sus usos ó costumbres. Véase el prólogo de Nepote al principio de la obra.

⁴ *Abesse a principis personâ.* Que desdice de un príncipe, ó de un hombre principal.

⁵ *Exprimere imaginem consuetudinis.* Forma† un retrato fiel de las costumbres.

Probatâ re, colloquendi tempus sumitur, locusque quò conveniretur. Huc Mithridates cum uno, cui maximam habebat fidem, ante aliquot dies venit, cum pluribusque locis separatim gladios obruit, eaque loca diligenter notat. Ipso autem colloquendi die, utrique, locum qui explorarent, atque ipsos scrutarentur¹, mittunt. Deinde ipsi sunt congressi². Ille quum aliquandiu in colloquio fuissent, et diversi discessissent, jamque procul Datames abesset, Mithridates, priusquam ad suos perveniret, ne quam suspicionem pararet, in eundem locum³ revertitur; atque ibi, ubi telum erat positum, resedit, ut si a lassitudine cuperet acquiescere; Datamemque revocavit, simulans se quiddam in colloquio esse oblitum. Interim telum, quod latebat, protulit, nudatumque vaginâ veste texit, ac Datami venienti ait, digredientem se animadvertisse locum quemdam, qui erat in conspectu, ad castra ponenda esse idoneum. Quem quum digito monstraret, et ille conspiceret, aversum⁴ ferro transfixit, priusque quàm quisquam posset succurrere, interfecit. Ita vir, qui multos consilio, neminem perfidiâ ceperat, simulatâ captus est amicitia.

¹ *Ipsos scrutarentur.* Registrasen á los mismos que habían de concurrir. Esta era la costumbre de los antiguos, cuando se habían de avistar ó abocar príncipes ó generales. El *ipsos* se puede entender también de los mismos Mithridates, y Dátames.

² *Ipsi sunt congressi.* Se abocaron.

³ *In eundem locum.* Al mismo lugar donde habían conferenciado.

⁴ *Aversum.* Habiéndose vuelto.

XV.

EPAMINONDAS,

HIJO DE POLIMNO, TEBANO.

CAPÍTULO I.

Prólogo y plan de esta noticia biográfica.

Epaminondas, Polymni filius, Thebanus. De hoc priusquam scribamus, hæc præcipienda videntur¹ lectoribus, ne² alienos mores ad suos referant³, neve ea quæ ipsis leviora sunt, pari modo apud ceteros fuisse arbitrentur. Scimus enim musicen nostris moribus abesse a principis personâ⁴, saltare verò etiam in vitiis poni; quæ omnia apud Græcos et grata, et laude digna ducuntur. Quum autem exprimere imaginem consuetudinis⁵ atque vitæ velimus Epaminondæ, nihil videmur debere prætermittere, quod

¹ *Hæc præcipienda videntur.* Me parece que se debe advertir.

² *Ne. Que no.*

³ *Ad suos referant.* Midan por sus usos ó costumbres. Véase el prólogo de Nepote al principio de la obra.

⁴ *Abesse a principis personâ.* Que desdice de un príncipe, ó de un hombre principal.

⁵ *Exprimere imaginem consuetudinis.* Forma† un retrato fiel de las costumbres.

perlineat¹ ad eam declarandam. Quare dicemus primum de genere ejus : deinde quibus disciplinis et a quibus sit eruditus, tum de moribus, ingenique facultatibus, et si qua alia digna memoriâ erunt; postremò de rebus gestis, quæ a plurimis omnium anteponuntur virtutibus².

CAPÍTULO II.

Infancia y mocedad de Epaminondas.

Natus igitur patrè quo diximus, honesto genere³, pauper jam a majoribus relictus⁴ : eruditus autem sic⁵, ut nemo Thebanus magis ; nam et citharizare et cantare ad chordarum sonum doctus est a Dionysio, qui non minore fuit in musicis gloriâ, quàm Damon aut Lamprus, quorum pervulgata sunt nomina ; carmina cantare tibiis, ab Olympiodoro ; saltare, a Caliphronè. At philosophiæ præceptorem habuit Lysimarentinum, pythagoreum⁶ ; cui quidem sic fuit deditus, ut adolescens tristem et severum senem om-

¹ Quod pertineat. De cuanto sirva.

² Virtutibus. A las hazañas.

³ Honesto genere. De mediana esfera.

⁴ Pauper jam a majoribus relictus. De familia ó casa pobre tiempo habia.

⁵ Eruditus autem sic. Tan bien instruido, tan cultivado.

⁶ Pythagoreum. De la secta de Pitágoras. Pitágoras fué natural de la isla de Samos. El mas famoso dogma de Pitágoras fué el de la transmigracion de las almas de unos cuerpos en otros. Tuvo muchos secuacos de tan extravagante opinion.

nibus æqualibus suis in familiaritate anteposuerit¹ ; neque prius eum a se dimiserit, quàm in doctrinis tantò antecesserit condiscipulos, ut facillè intelligi posset pari modo superalorum omnes in ceteris artibus. Atque hæc ad nostram consuetudinem sunt levia², et potiùs contemnenda ; at in Græciâ utique olim magnæ laudi erant. Postquam ephebus factus est³, et palæstræ dare operam cœpit, non tam magnitudini virium serviit⁴, quàm velocitati : illum enim ad athletarum usum, hanc ad belli existimabat utilitatem pertinere. Itaque exercebatur plurimum currendo et luctando, ad eum finem, quoad stans complecti posset atque contendere⁵. In armis plurimum studii consumebat.

CAPÍTULO III.

Bellas cualidades de Epaminondas ; sus deseos de aprender ; su pobreza, su paciencia, su liberalidad.

Ad hanc corporis firmitatem plura etiam animi bona accesserant⁶. Erat enim modestus, prudens,

¹ In familiaritate anteposuerit. Gustó mas de su trato que del de, etc.

² Levia. De poco aprecio, estima, importancia.

³ Postquam ephebus factus est. A la edad como de catorce años, habiendo entrado ya en los años de la pubertad.

⁴ Non tam magnitudini virium serviit. No se empeñaba tanto en salir forzado.

⁵ Ad eum finem, quoad stans complecti posset atque contendere. Con el fin ó mira de llegar á tanta destreza, que pudiese á pié quedo asirse de su contrario, y luchar con él en esta postura.

⁶ Accesserant. Se juntaban, acompañaban.

gravis, temporibus¹ sapienter utens, peritus belli, fortis manu, animo maximo, adeo veritatis diligens, ut ne joco quidem mentiretur: idem continens, clemens, patiensque admirandum in modum; non solum populi, sed etiam amicorum ferens injurias; in primisque commissa celans: quod interdum non minus prodest, quam disertè dicere². Studiosus audiendi; ex hoc enim facillimè disci arbitrabatur. Itaque, quum in circulum³ venisset, in quo aut de republica disputaretur, aut de philosophiâ sermo haberetur, nunquam inde prius discessit, quam ad finem sermo esset deductus. Paupertatem adeo facillè perpeusus est, ut de republica nihil præter gloriam ceperit. Amicorum in se tuendo caruit facultatibus⁴. Fide ad alios sublevandos sæpe sic usus est⁵, ut possit judicari omnia ei eam amicis fuisse communia. Nam, quum aut civium suorum aliquis ab hostibus fuisset captus, aut virgo amici nubilis propter paupertatem collocari non posset, amicorum concilium habebat⁶, et quantum quisque daret pro cuiusque facultatibus, imperabat⁷: eamque summam quum

¹ *Temporibus.* De las ocasiones y circunstancias.

² *Quam disertè dicere.* Que el ser elocuente.

³ *In circulum.* Algun corrillo, conversacion, concurrencia.

⁴ *Amicorum in se tuendo caruit facultatibus.* Aun para defenderse á si mismo no quiso hacer gasto á sus amigos.

⁵ *Fide ad illos sublevandos sæpe sic usus est.* Pero para socorro ajeno se valiò muchas veces de tal manera de la fineza de sus amigos.

⁶ *Amicorum concilium habebat.* Juntaba á sus amigos.

⁷ *Imperabat.* Tasaba, señalaba.

faceret¹, priusquam acciperet pecuniam, adducebat eum qui querebat ad eos qui conferebant, eique ut ipsi numerarent², faciebat, ut ille, ad quem ea res perveniebat, sciret quibus et quantum cuique deberet.

CAPÍTULO IV.

Pónese á prueba la integridad y desinterés de Epaminondas.

Tentata autem est ejus abstinencia a Diomedonte eyziceno. Namque is, rogatu Artaxerxis, Epaminondam pecuniâ corrupendum susceperat. Hic magno cum pondere³ auri Thebas venit, et Micythum adolescentulum quinque talentis ad suam perduxit voluntatem, quem tum Epaminondas plurimum diligebat. Micythus Epaminondam convenit, et causam adventus Diomedontis ostendit. At ille, Diomedonte coram: « Nihil, inquit, opus pecuniâ est. Nam, si
» ea rex vult quæ Thebanis sunt utilia, gratis facere
» sum paratus; sin autem contraria, non habet auri
» alque argenti satis: namque orbis terrarum divi-
» tias accipere nolo pro patriæ caritate⁴. Tu, quod
» me incognitum tentasti, tuique similem existimasti,
» non miror; tibi que ignosco: sed egredere properè,

¹ *Eamque summam quum faceret.* Y habiendo sumado el importe, ó habiendo juntado el total de la tasa.

² *Eique ut ipsi numerarent.* Que sus amigos se lo entregasen al mismo interesado.

³ *Magno cum pondere.* Con una gruesa suma.

⁴ *Orbis terrarum divitias accipere nolo pro patriæ caritate.* Novendo yo mi amada patria por todos los haberes del mundo.

» ne alios corrumpas, quum me non potueris. Tu,
 » Micythe, argentum huic redde : nisi id confestim
 » facis, ego te tradam magistratui. » Hunc Diomedon
 quum rogaret ut tutò exire, suaque, quæ attulisset,
 liceret efferre, « Istud, inquit, faciam, neque tuâ
 » causâ, sed meâ; ne, si tibi sit pecunia adempta,
 » aliquis dicat id ad me ereptum pervenisse, quod
 » delatum¹ accipere noluissem. » A quo quum quæ-
 sisset quò se duci vellet, et ille Athenas dixisset,
 præsidium² ei dedit, ut eò tutò perveniret. Neque
 verò id satis habuit, sed etiam, ut inviolatus in
 navem ascenderet, per Chabriam atheniensem, de
 quò supra mentionem fecimus, effecit. Abstinentiæ³
 erit hoc satis testimonium. Plurima quidem proferre
 possemus; sed modus adhibendus est, quoniam uno
 hoc volumine vitas excellentium virorum complurium
 concludere⁴ constituimus, quorum separatim multis
 millibus versuum⁵ complures scriptores ante nos
 explicarunt.

¹ Delatum. Ofrecido.

² Præsidium. Escolta.

³ Abstinentia. De su çesinterés.

⁴ Concludere. Compendiar.

⁵ Multis millibus versuum. En muchos millares de líneas.
Versus, versûs, significa muy castizamente línea ó renglon.
 Así como nosotros contamos las páginas ó folios de los libros,
 los antiguos contaban las líneas ó renglones, que solian ser
 muy largos.

CAPÍTULO V.

Agudeza mordaz de Epaminondas dirigida á Menéclides.

Fuit etiam disertus, ut¹ nemo Thebanus ei par
 esset eloquentiâ; neque minùs concinnus in brevitate
 respondendi, quàm in perpetuâ² oratione ornatus.
 Habuit obrectatorem³ Meneclidem quemdam, indi-
 dem Thebis, et adversarium in administrandâ repu-
 blicâ, satis exercitatum in dicendo, ut Thebanum
 scilicet⁴: namque illi genti plus inest virium, quàm
 ingenii. Is, quòd in re militari florere Epaminondam
 videbat, hortari solebat Thebanos, ut pacem bello
 anteferrent, ne illius imperatoris opera desideraretur⁵.
 Huic ille: « Fallis, inquit, verbo cives tuos,
 » quòd hos a bello avocas: otii⁶ enim nomine⁷ ser-
 » vilitatem concilias. Nam paritur pax bello: itaque
 » qui eâ diutinâ volunt frui, bello exercitati esse
 » debent. Quare si principes Græciæ esse vultis,
 » castris est vobis utendum, non palæstrâ. » Idem
 ille Meneclides, quum huic objiceret quòd liberos

¹ Fuit etiam disertus, ut. Tuvo tambien el talento de ha-
 blar en tanto grado, que.

² Perpetuâ. Seguida.

³ Obrectatorem. Antagonista, enemigo declarado.

⁴ Ut Thebanum scilicet. Como tebano que era.

⁵ Ne illius imperatoris opera desideraretur. Para que no
 echasen menos los servicios de un general como Epaminon-
 das.

⁶ Otii. Descanso, quietud.

⁷ Nomine. Pretexto.

non haberet, neque uxorem duxisset; maximèque insolentiam¹, quòd sibi Agamemnonis belli gloriam videretur consecutus, at ille: « Desine, inquit, Me- » neclide, de uxore mihi exprobrare. Nam nullius » in istà re minùs uti consilio volo. » (Habebat enim Meneclides suspicionem adulterii.) « Quòd autem » me Agamemnonem æmulari putas, falleris. Nam- » que ille cum universà Græcià vix decem annis » unam cepit urbem²: ego contrà ex unà urbe nos- » trà, dieque uno³ totam Græciàm, Lacedæmoniiis » fugatis, liberavi. »

CAPÍTULO VI.

Chanza de Epaminondas contra Calistrato, y sobre todo contra los Lacedemonios. (Año 1.º de la olimpiada cu, 572 antes de J. C.)

Idem quum in conventum venisset Arcadum⁴, petens ut societatem cum Thebanis et Argivis⁵ facerent; contràque Callistratus, Atheniensium legatus, qui eloquentià omnes⁶ eo præstabat tempore, postularet ut potiùs amicitiam sequerentur Atticorum,

¹ *Insolentiam*. Extravagancia, altanería.

² *Urbem*. Una sola ciudad; á saber, Troya.

³ *Dieque uno*. En la batalla de Leutra.

⁴ *Arcadum*. Pueblos de la Arcadia, provincia del Peloponeso. Eran solicitados los Arcades á la alianza con los Griegos, que de varias partes habian enviado sus embajadores ó diputados al congreso que se tenia en la Arcadia.

⁵ *Argivis*. Habitantes de Argos, ciudad del Peloponeso.

⁶ *Omnes*. A todos los Atenienses.

et in oratione suà multa invectus esset in Thebanos et Argivos, in eis que hoc posuisset, « Animadvertere » debere Arcades, quales utraque civitas civis pro- » creasset, ex quibus de ceteris possent judicare. » Argivos enim fuisse Orestem et Alemæonem¹, ma- » tricidas; Thebis OEdipum² natum, qui, quum » patrem suum interfecisset, matrem duxisset: » hic in respondendo Epaminondas, quum de ceteris perorasset, postquam ad illa duo opprobria pervenit: « Admirarise dixit stultitiam³ rhetoris attici, qui non » animadverteret innocentes illos natos, domi⁴ sce- » lere admissio, quum patriâ essent pulsati, receptos » esse ab Atheniensibus. » Sed maximè ejus eloquentia eluxit Spartæ, legati⁵ ante pugnam leuetricam⁶. Quò quum omnium sociorum convenissent legati, coram frequentissimo legationum conventu, sic Lacedæmoniorum tyrannidem coarguit, ut non

¹ *Orestem et Alemæonem*. Orestes mató á su madre Clitemnestra, para vengar la muerte de su padre Agamemnon, ne la que habia sido cómplice Clitemnestra. Alameon mató también á su madre Erifile, que habia contribuido á la desgracia de su padre Amfiarao.

² *OEdipum*. Mató á su padre sin conocerle. De Edipo hallan mucho los poetas.

³ *Stultitiam*. Delirio, inconsideracion, inconsecuencia.

⁴ *Domí*. En sus casas particulares. Pues no se ha de mirar como tacha de toda la república el que haya algunos particulares malos.

⁵ *Spartæ, legati*. En Esparta, hallándose de diputado.

⁶ *Leuetricam*. Dada junto á Leutra, ciudad pequeña de la Beocia, donde en una batalla campal derrotó Epaminondas el ejército de los Lacedemonios, que mandaba Cleombroto.

minùs illà oratione opes eorum concusserit, quàm leucitricà pugnà. Tum enim perfecit, quod post apparuit, ut auxilio sociorum Lacedæmonii privarentur.

CAPÍTULO VII.

Olvido de las injurias por parte de Epaminondas. Habiéndose encargado del mando, le retiene demasiado tiempo.

Fuisse patientem, suorumque injurias ferentem civium, quòd se patriæ irasci nefas esse duceret, hæc sunt testimonia. Quum eum, propter invidiam, cives exercitui præficere noluisent, duxque esset delectus belli imperitus, cujus errore eò esset deducta multitudo militum, ut omnes de salute pertimescerent, quòd locorum angustiis clausi ab hostibus obsidebantur, desiderari cœpta est Epaminondæ diligentia¹: erat enim ibi privatus numero militum². A quo quum peterent opem, nullam adhibuit memoriam contumeliæ, et exercitum obsidione liberatum³ domum reduxit incolumem. Neque verò hoc semel fecit, sed sæpius; maximè autem fuit illustre, quum in Peloponnesum exercitum duxisset adversùs Lacedæmonios, haberetque collegas duos, quorum alter erat Pelopidas⁴, vir fortis ac strenuus. Hicquum

¹ Diligentia. La habilidad.

² Erat enim ibi privatus numero militum. Pues se hallaba allí de simple soldado.

³ Obsidione liberatum. Libro del bloqueo que les habian puesto.

⁴ Pelopidas. Natural de Tebas, muy amigo de Epaminondas.

criminibus adversariorum¹ omnes² in invidiam venissent, ob eamque rem imperium his esset abrogatum, atque in eorum locum alii prætores successissent, Epaminondas populiscito non paruit, idemque ut facerent persuasit collegis, et bellum, quod susceperat, gessit. Namque animadvertibat, nisi id fecisset, totum exercitum propter prætorum imprudentiam, inscientiamque belli, periturum. Lex erat Thebis, quæ morte multabat, si quis imperium diutius retinisset, quàm lege præfinitum foret. Hanc Epaminondas quum reipublicæ conservandæ causâ latam videret, ad perniciem civitatis conferre noluit; et quatuor mensibus diutius quàm populus jusserat, gessit imperium.

CAPÍTULO VIII.

Epaminondas es acusado: medios de defensa de que se vale: queda absuelto con honor.

Postquam domum reditum est, collegæ ejus hoc crimine accusabantur. Quibus ille permisit, omnem ut causam in se transferrent, suaque operâ factum contenderent ut legi non obedirent. Quâ defensione illis periculo liberatis, nemo Epaminondam responsurum putabat, quòd, quid diceret, non haberet. At ille in judicium venit; nihil eorum negavit quæ adversarii crimini dabant, omniaque, quæ collegæ dixerant, confessus est; neque recusavit quominus

¹ Criminibus adversariorum. Por las acusaciones de sus çmules.

² Omnes. Todos tres.

legis pœnam subiret, sed unum ab iis petivit, ut in periculo suo inscriberent¹: « Epaminondas a Thebanis morte multatus est, quòd eos coegit apud Leuctra superare Lacedæmonios, quos, ante se imperatorem, nemo Bœotiorum ausus fuit aspicere in acie²; quòdque uno prælio non solùm Thebas ab interitu retraxit, sed etiam universam Græciam in libertatem vindicavit, eoque res utrorumque perduxit, ut Thebani Spartam oppugnarent, Lacedæmonii satis haberent, si salvi esse possent³; neque priùs bellare destitit, quàm, Messenà⁴ constitutà, urbem eorum obsidione clausit. » Hæc quum dixisset, risus omnium eum hilaritate coortus est, neque quisquam iudex ausus est de eo ferre suffragium. Sic a iudicio capitis maximà discessit glorià.

CAPÍTULO IX.

Epaminondas muere vencedor en Mantinea. (Año 2 de la olimpiada civ, 565 antes de J. C.)

Hic, extremo tempore imperator apud Mantineam⁵, quum acie instructà audaciùs instaret hostes, cognitus a Lacedæmoniis, quòd in ejus unius perniciè⁶

¹ *Ut in periculo suo inscriberent.* Que pusieran en el protocolo, en el instrumento, en el auto de sentencia.

² *Aspicere in acie.* Hacer frente.

³ *Satis haberent, si salvi esse possent.* Teniéndose por dichosos con salir libres del aprieto.

⁴ *Messenà.* Ciudad del Peloponeso, que fortificó Epaminondas para poner freno á Esparta.

⁵ *Mantineam.* Ciudad de Arcadia.

⁶ *In ejus unius perniciè.* En sola su pérdida.

patriæ sitam putabant salutem, universi in unum impetum fecerunt; neque priùs abscesserunt, quàm, magnà eade factà, nullisque occisis, fortissimè ipsum Epaminondam pugnantem, sparo¹ eminus percussus, concidere viderunt. Hujus casu aliquantùm retardati sunt Bœotii; neque tamen priùs pugná excesserunt, quàm repugnantes profligarunt. At Epaminondas, quum animadverteret mortiferum se vulnus acceperisse, simulque, si ferrum, quod ex hastili in corpore remanserat, extraxisset, animam statim emissurum, usque eò retinuit quoad renuntiatum est vicisse Bœotios. Id postquam audivit, « Satis, inquit, vixi; invictus enim morior. » Tum, ferro extracto, confestim exanimatus est.

CAPÍTULO X.

Modo con que se justifica por haber vivido en el celibato. Su horror á las guerras civiles.

Hic uxorem nunquam duxit; in quo quum reprehenderetur a Pelopidà, qui filium habebat infamem², malèque eum in eo patriæ consulere diceret, quòd liberos non relinqueret: « Vide, inquit, ne tu pejùs consulas, qui talem ex te natum relicturus sis. » Neque verò stirps³ mihi potest deesse. Namque ex me natam relinquo pugnam leuctricam, quæ non modò mihi superstes, sed etiam immortalis sit necesse est. » Quo tempore, duce Pelopidà, ex-

¹ *Sparo.* Dardo ó flecha tosea de figura de pié.

² *Infamem.* Conocido por sus vicios.

³ *Stirps.* Sucesion.

sules¹ Thebas occuparunt, et præsidium Lacedæmoniorum ex arce expulerunt, Epaminondas, quamdiu facta est cædes civium², domo se tenuit, quòd neque malos³ defendere volebat, neque impugnare, ne manus suorum sanguine cruentaret: namque omnem civilem victoriam funestam putabat. Idem, postquam apud Cadmeam pugnari cum Lacedæmoniis cœptum est, in primis stetit. Hujus de virtutibus vitæque satis erit dictum, si hoc unum adjunxero, quod nemo eat inficias: Thebas, et ante Epaminondam natum, et post ejus interitum, perpetuò alieno paruisse imperio: contra eas, quamdiu ille præfuerit reipublicæ, caput fuisse totius Græciæ. Ex quo intelligi potest, unum hominem pluris quàm civitatem fuisse.

¹ *Exsules*. Los desterrados, los extraños. Este lance se refiere en la vida de Pelópidas, cap. 4.

² *Cicium*. También eran tebanos los desterrados.

³ *Malos*. Los traidores, los que defendían la mala causa.

XVI.

PELÓPIDAS,

HIJO DE HIPOCLO, TEBANO.

CAPÍTULO I.

Los Lacedemonios se apoderan de Cadmea, fortaleza de Tebas. — Pelópidas es enviado á destierro. (Año 5 de la olimpiada LXXXIX, 582 antes de J. C.)

Pelopidas, Thebanus, magis historicis, quàm vulgo notus. Cujus de virtutibus dubito quemadmodum exponam, quòd vereor ne, si res explicare incipiam, non vitam ejus enarrare, sed historiam videar scribere; si tantummodo summas attigero¹, ne rudibus litterarum græcarum minùs lucidè appareat quantus fuerit ille vir. Itaque utriusque rei occurram, quantum potero; et medebor quum satietati², tum ignorantie lectorum³. Phœbidas, lacedæmonius, quum exercitum Olynthum⁴ duceret, iterque per Thebas faceret, arcem oppidi, quæ Cadmea⁵ nominatur, occupavit

¹ *Si tantummodo summas attigero*. Si no hago mas que apuntar las cosas.

² *Satietati*. Al fastidio.

³ *Ignorantie lectorum*. A la falta de no dar bastante noticia á los lectores.

⁴ *Olynthum*. Ciudad de Tracia.

⁵ *Cadmea*. El que la hizo edificar fué Cadmo cuando fundó

sules¹ Thebas occuparunt, et præsidium Lacedæmoniorum ex arce expulerunt, Epaminondas, quamdiu facta est cædes civium², domo se tenuit, quòd neque malos³ defendere volebat, neque impugnare, ne manus suorum sanguine cruentaret: namque omnem civilem victoriam funestam putabat. Idem, postquam apud Cadmeam pugnari cum Lacedæmoniis cœptum est, in primis stetit. Hujus de virtutibus vitæque satis erit dictum, si hoc unum adjunxero, quod nemo eat inficias: Thebas, et ante Epaminondam natum, et post ejus interitum, perpetuò alieno paruisse imperio: contra eas, quamdiu ille præfuerit reipublicæ, caput fuisse totius Græciæ. Ex quo intelligi potest, unum hominem pluris quàm civitatem fuisse.

¹ *Exsules*. Los desterrados, los extraños. Este lance se refiere en la vida de Pelópidas, cap. 4.

² *Cicium*. También eran tebanos los desterrados.

³ *Malos*. Los traidores, los que defendían la mala causa.

XVI.

PELÓPIDAS,

HIJO DE HIPOCLO, TEBANO.

CAPÍTULO I.

Los Lacedemonios se apoderan de Cadmea, fortaleza de Tebas. — Pelópidas es enviado á destierro. (Año 5 de la olimpiada LXXXIX, 582 antes de J. C.)

Pelopidas, Thebanus, magis historicis, quàm vulgo notus. Cujus de virtutibus dubito quemadmodum exponam, quòd vereor ne, si res explicare incipiam, non vitam ejus enarrare, sed historiam videar scribere; si tantummodo summas attigero¹, ne rudibus litterarum græcarum minùs lucidè appareat quantus fuerit ille vir. Itaque utriusque rei occurram, quantum potero; et medebor quum satietati², tum ignorantie lectorum³. Phæbidas, lacedæmonius, quum exercitum Olynthum⁴ duceret, iterque per Thebas faceret, arcem oppidi, quæ Cadmea⁵ nominatur, occupavit

¹ *Si tantummodo summas attigero*. Si no hago mas que apuntar las cosas.

² *Satietati*. Al fastidio.

³ *Ignorantie lectorum*. A la falta de no dar bastante noticia á los lectores.

⁴ *Olynthum*. Ciudad de Tracia.

⁵ *Cadmea*. El que la hizo edificar fué Cadmo cuando fundó

impulsu perpaucorum Thebanorum, qui, adversariae factioni quò faciliùs resisterent, Laconum rebus studebant; idque suo privato, non publico fecit consilio. Quo facto eum Lacedaemonii ab exercitu removerunt, pecuniâque multarunt; neque eò magis arcem Thebanis reddiderunt, quòd, susceptis inimicitiis, satius ducebant eos obsideri, quàm liberari. Nam post peloponnesium bellum, Athenasque devictas, cum Thebanis sibi rem esse existimabant, et eos esse solos, qui adversus resistere auderent. Hac mente, amicis suis summas potestates dederant, alteriusque factionis principes partim interfecerant, alios in exilium eiecerant: in quibus Pelopidas hic, de quo scribere exorsi sumus, pulsus patriâ carebat.

CAPÍTULO II.

Pelopidas vuelve á Tebas con doce jóvenes desterrados como él.

Hi omnes ferè Athenas se contulerant, non quò sequerentur otium, sed ut, quemque ex proximo¹ locum² fors obtulisset, eò patriam recuperare niterentur. Haque quum tempus est visum rei gerendae, communiter cum his qui Thebis idem sentiebant, diem delegerunt, ad inimicos opprimendos civitatemque liberandam, eum, quo maximi magistratus

á Tebas en la Grecia. Los poetas mezclan muchas fábulas sobre Cadmo.

¹ *Ex proximo.* Por la cercanía.

² *Locum.* Ocasión.

simul consueverant epulari¹. Magnae saepe res non ita magnis copiis sunt gestae; sed profectò nunquam a tam tenui initio tantae opes sunt profligatae. Nam duodecim adolescentuli coierunt, ex his qui exilio erant multati, quum omnino non essent amplius centum, qui tanto se offerrent periculo: quâ paucitate percussa est Lacedaemoniorum potentia. Hi enim non magis adversariorum factioni, quàm Spartanis² eo tempore bellum intulerunt, qui principes erant totius Graeciae. Quorum imperii majestas, neque ita multò post, leucricâ pugnâ, ab hoc initio percussa, incidit. Illi igitur duodecim, quorum erat dux Pelopidas, quum Athenis interdium³ exissent, ut, vesperscente caelo, Thebas possent pervenire, cum canibus venalicis exierunt, retia ferentes, vestitu agresti, quò minore suspicione facerent iter. Qui quum tempore ipso, quo studuerant⁴, pervenissent, domum Charonis⁵ devenerunt, a quo et tempus et dies erat datus.

¹ *Epulari.* El día en que dejaban los magistrados su empleo, tenían juntos un gran convite.

² *Spartanis.* A los Lacedemonios.

³ *Interdium.* Bien entrado el día.

⁴ *Quo studuerant.* En que habían hecho ánimo de llegar.

⁵ *Charonis.* Este era uno de los hombres mas distinguidos de Tebas.

CAPÍTULO III.

Pelopidas restablece la libertad despues de haber exterminado á los tiranos, y echa de la fortaleza la guarnicion lacedemonia. (Año 3 de la olimpiada c, 378 antes de J. C.)

Hoc loco libet interponere, etsi sejunctum a re proposita est, nimia fiducia quantæ calamitati soleat esse. Nam magistratum Thebanorum statim ad aures pervenit, exsules in urbem devenisse. Id illi; vino epulisque dediti, usque eò despexerunt, ut ne quærere quidem¹ de tantâ re laborarint. Accessit etiam quod magis aperiret² eorum dementia; allata est enim epistola Athenis ab Archiâ Hierophante³ Archiâ, qui tum maximum magistratum Thebis obtinebat, in quâ omnia de protectione exsulum perscripta erant. Quæ quum jam accubanti in convivio esset data, sicut erat, signatam sub pulvinum⁴ subjiciens, « In crastinum, inquit, differo res severas⁵. » At illi omnes, quum jam nox processisset, vinolenti ab exsulis, duce Pelopidâ, sunt interfecti. Quibus rebus confectis, vulgo ad arma libertatemque vocato, non solum qui in urbe erant, sed etiam undique ex agris concurrerunt; præsidium Lacedæmoniorum ex arce pepulerunt; patriam obsidione liberaverunt.

¹ *Ut ne quærere quidem.* Ni aun informarse.

² *Quod magis aperiret.* Lo que era aun mayor prueba.

³ *Hierophante.* Sacerdote, ó guarda de las cosas sagradas.

⁴ *Sub pulvinum.* Bajo la almohoda. Usaban de ella en los convites, porque comian recostados.

⁵ *Severas.* Serias.

Auctores Cadmeæ occupandæ¹ partim occiderunt, partim in exsilium ejecerunt.

CAPÍTULO IV.

Esta primera victoria se debe exclusivamente á Pelopidas: la gloria de las siguientes es comun á él y á Epaminondas.

Hoc tam turbido tempore, sicut supra docuimus, Epaminondas, quoad cum civibus dimicatum est, domi quietus fuit. Itaque hæc liberandarum Thebarum propria laus est Pelopidæ: ceteræ ferè omnes communes cum Epaminondâ. Namque leuctricâ pugná, imperatore Epaminondâ, hic fuit dux² delectæ mantis, quæ prima phalangem prostravit Laconum. Omnibus præterea periculis adfuit: sicut, Spartam quum oppugnavit, alterum tenuit cornu³; quòque Messena⁴ celerius restitueretur, legatus in Persas est profectus. Denique hæc fuit altera persona Thebis, sed tamen secunda, ita ut proxima esset Epaminondæ.

¹ *Auctores Cadmeæ occupandæ.* Los que habian tenido parte en la sorpresa de la fortaleza de Cadmea.

² *Dux.* Capitan suballerno.

³ *Alterum tenuit cornu.* Mandaba una ala.

⁴ *Messena.* Véase la vida de Epaminondas.

CAPÍTULO V.

Polópidas, despues de haber experimentado los reveses de la fortuna contraria, muere en un combáte contra Alejandro de Feres. (Año 1º. de la olimpiada civ, 564 antes de J. C.)

Conflictatus autem est cum adversâ fortunâ¹. Nam et initio, sicut ostendimus, exsul patriâ caruit: et, quum Thessaliam in potestatem Thebanorum cuperet redigere, legationisque jure satis tectum se arbitra retur, quod apud omnes gentes sanctum² esse consuesset, a tyranno Alexandro pheræo³, simul cum Ismeniâ comprehensus, in vincula coniectus est. Hunc Epaminondas recuperavit, bello persequens Alexandrum. Post id factum, nunquam is animo placari potuit in eum a quo erat violatus. Itaque persuasit Thebanis, ut subsidio Thessaliæ proficiscerentur, tyrannosque ejus expellerent. Cujus belli quum summa ei esset data, eoque cum exercitu profectus esset, non dubitavit, simul ac conspexit hostem, conflare. In quo prælio Alexandrum ut animadvertit, incensus irâ, equum in eum concitavit, proculque digressus a suis, conjectu telorum⁴ confossus cecidit. Atque hoc secundâ victoriâ accidit⁵:

¹ *Conflictatus autem est cum adversâ fortunâ.* Sufrió con constancia los reveses de la fortuna.

² *Sanctum.* Inviolable, sagrado.

³ *Alexandro pheræo.* Así llamado porque tenia tiranizada á Feres, ciudad de Tesalia.

⁴ *Conjectu telorum.* Con los muchos dardos que le tiraron.

⁵ *Hoc secundâ victoriâ accidit.* Esta desgracia le sucedió cuando la victoria se declaraba en su favor,

nam jam inclinatæ⁴ erant tyrannorum copiæ. Quo facto, omnes Thessaliæ civitates interfectum Pelopidam coronis aureis et statuís æneis, liberosque ejus multo agro donaverunt.

XVII.

AGESILAO,

HIJO DE ARQUÍDAMO, LACEDEMONIO.

CAPÍTULO I.

Agésilao disputa la corona de Lacedemonia á su sobrino Leotiquis, y es preferido. (Año 1º. de la olimpiada xcv, 400 antes de J. C.)

Agésilaus, Lacedæmonius, quum a ceteris scriptoribus, tum eximie a Xenophonte² socratico collaudatus est; eo enim usus est familiarissimè. Hic primùm de regno cum Leotycheide, fratris filio, habuit contentionem. Mos est enim a majoribus Lacedæmoniis traditus, ut duos haberent semper reges, nomine magis quàm imperio, ex duabus familiis Proclis et Eurysthenis, qui principes, ex progenie Herculis, Spartiæ reges fuerunt. Harum ex alterâ in alterius familiæ locum fieri non licebat. Itaque utraque suum

⁴ *Inclinatæ.* Arrolladas, batidas.

² *A Xenophonte.* Historiador ateniense, discípulo de Sócrates.

CAPÍTULO V.

Polópidas, despues de haber experimentado los reveses de la fortuna contraria, muere en un combáte contra Alejandro de Feres. (Año 1º. de la olimpiada cxy, 564 antes de J. C.)

Conflictatus autem est cum adversâ fortunâ¹. Nam et initio, sicut ostendimus, exsul patriâ caruit: et, quum Thessaliam in potestatem Thebanorum cuperet redigere, legationisque jure satis tectum se arbitra retur, quod apud omnes gentes sanctum² esse consuesset, a tyranno Alexandro pheræo³, simul cum Ismeniâ comprehensus, in vincula coniectus est. Hunc Epaminondas recuperavit, bello persequens Alexandrum. Post id factum, nunquam is animo placari potuit in eum a quo erat violatus. Itaque persuasit Thebanis, ut subsidio Thessaliæ proficiscerentur, tyrannosque ejus expellerent. Cujus belli quum summa ei esset data, eoque cum exercitu profectus esset, non dubitavit, simul ac conspexit hostem, conflare. In quo prælio Alexandrum ut animadvertit, incensus irâ, equum in eum concitavit, proculque digressus a suis, conjectu telorum⁴ confossus cecidit. Atque hoc secundâ victoriâ accidit⁵:

¹ *Conflictatus autem est cum adversâ fortunâ.* Sufrió con constancia los reveses de la fortuna.

² *Sanctum.* Inviolable, sagrado.

³ *Alexandro pheræo.* Así llamado porque tenia tiranizada á Feres, ciudad de Tesalia.

⁴ *Conjectu telorum.* Con los muchos dardos que le tiraron.

⁵ *Hoc secundâ victoriâ accidit.* Esta desgracia le sucedió cuando la victoria se declaraba en su favor,

nam jam inclinatæ⁴ erant tyrannorum copiæ. Quo facto, omnes Thessaliæ civitates interfectum Pelopidam coronis aureis et statuís æneis, liberosque ejus multo agro donaverunt.

XVII.

AGESILAO,

HIJO DE ARQUÍDAMO, LACEDEMONIO.

CAPÍTULO I.

Agésilao disputa la corona de Lacedemonia á su sobrino Leotiquis, y es preferido. (Año 1º. de la olimpiada xcvi, 400 antes de J. C.)

Agésilaus, Lacedæmonius, quum a ceteris scriptoribus, tum eximie a Xenophonte² socratico collaudatus est; eo enim usus est familiarissimè. Hic primùm de regno cum Leotycheide, fratris filio, habuit contentionem. Mos est enim a majoribus Lacedæmoniis traditus, ut duos haberent semper reges, nomine magis quàm imperio, ex duabus familiis Proclis et Eurysthenis, qui principes, ex progenie Herculis, Spartiæ reges fuerunt. Harum ex alterâ in alterius familiæ locum fieri non licebat. Itaque utraque suum

⁴ *Inclinatæ.* Arrolladas, batidas.

² *A Xenophonte.* Historiador ateniense, discípulo de Sócrates.

relinebat ordinem¹. Primum ratio habebatur, qui maximus natu esset, ex liberis ejus qui regnans decessisset. Sin is virilem sexum non reliquisset, tum deligebatur qui proximus esset ropinquitate. Mortuus erat Agis rex, frater Agesilai. Filium reliquerat Leotychidem, quem ille vivus non agnorat²; eundem moriens suum esse dixerat. Is de honore regni cum Agesilao suo patruo contendit³; neque id quod petivit consecutus est: nam, Lysandro suffragante, homine, ut ostendimus supra⁴, factioso, et his temporibus potente, Agesilao antelatus est.

CAPÍTULO II.

Agesilao observa fielmente las treguas que habia hecho en Asia con Tisafernes. (Año 4º. de la olimpiada xcvi, 596 antes de J. C.)

Hic, simul atque imperii potitus est, persuasit Lacedæmoniis ut exercitum emitterent in Asiam, bellumque regi facerent; docens satius esse in Asia quam in Europâ dimicari. Namque fama exierat⁵ Artaxerxem⁶ comparare classes pedestresque exercitus, quos in Græciam mitteret. Datâ potestate, tantâ celeritate usus est, ut prius in Asiam cum copiis pervenerit, quam regii satrapæ eum scirent profectum.

¹ Suum relinebat ordinem. Guardaba su linea.

² Vivus non agnorat. Durante su vida no le habia reconocido (por hijo).

³ Is de honore regni... contendit. Disputó la corona.

⁴ Suprà. En la vida de Lisandro.

⁵ Fama exierat. Se habia esparcido la noticia, habia corrido la voz.

⁶ Artaxerxem. Este era Artajerjes Mnemon.

Quo factum est ut omnes imparatos imprudentesque offenderet. Id ut cognovit Tissaphernes, qui summum imperium tum inter præfectos habebat regios, inducias a Lacone petivit, simulans se dare operam ut Lacedæmoniis cum rege conveniret¹, re autem verâ ad copias comparandas; easque impetravit trimestres². Juravit autem uterque se sine dolo inducias conservaturum; in quâ pactione summâ fide mansit Agesilao: contra ea, Tissaphernes nihil aliud quam bellum comparavit. Id etsi sentiebat³ Laco, tamen jusjurandum servabat, multumque in eo consequi se dicebat, quòd Tissaphernes perjurio suo et homines rebus suis abalienaret, et deos sibi iratos redderet; se autem servatâ religione⁴ confirmare exercitum, quum animadverteret deorum numen facere secum⁵, hominesque sibi conciliari amiciores, quòd his studere consuessent, quos servare fidem viderent.

CAPÍTULO III.

Agesilao asuela la Frigia: ejercita sus soldados en Éfeso. Engaña con astucia á los bárbaros.

Postquam induciarum præterit dies, barbarus⁶ non dubitans, quòd ipsius erant plurima domicilia

¹ Ut Lacedæmoniis cum rege conveniret. Para que el rey se ajustase con los Lacedemonios.

² Easque impetravit trimestres. Alcanzó tres meses de treguas.

³ Sentiebat. Echaba de ver.

⁴ Servatâ religione. Siendo fiel al juramento.

⁵ Deorum numen facere secum. Tenia por suyos á los dioses.

⁶ Barbarus. Tisafernes.

in Cariâ, et ea regio his temporibus multò putabatur locupletissima, eò potissimum hostes impetum facturos, omnes suas copias eò contraxerat. At Agesilaus in Phrygiam se convertit, eamque priùs depopulatus est, quàm Tissaphernes usquam se moveret. Magnâ prædâ militibus locupletatis, Ephesum¹ hiematum exercitum reduxit; atque ibi officinis armorum institutis², magnâ industriâ bellum apparavit; et quò studiosius armarentur insigniùsque ornarentur³, præmia proposuit, quibus donarentur quorum egregia in eâ re fuisset industria⁴. Fecit idem in exercitationum generibus⁵, ut, qui ceteris præstifissent, eos magnis afficeret muneribus. His igitur rebus effecit ut et ornatisimum et exercitatisimum haberet exercitum. Huic quum tempus esset visum copias extrahere ex hibernaculis⁶, vidit, si, quò esset iter facturus, palam pronuntiasset, hostes non credituros, aliasque regiones præsidii occupaturos, nec dubitatos aliud esse facturum ac pronuntiasset. Itaque, quum ille Sardes se iturum dixisset, Tissaphernes eandem

¹ *Ephesum.* Ciudad bien conocida en el Asia.

² *Officinis armorum institutis.* Haciendo en Éfeso su plaza de armas, ó poniendo sus arsenales.

³ *Et quò studiosius armarentur insigniùsque ornarentur.* Y para que las armas saliesen mas á gusto, mas lucidas.

⁴ *Quibus donarentur quorum egregia in eâ re fuisset industria.* Con que gratificar á los artifices que mas se esmerasen en la fábrica.

⁵ *Fecit idem in exercitationum generibus.* Propuso también premios para los que mas se distinguiesen en el ejercicio y evoluciones militares.

⁶ *Ex hibernaculis.* De los cuarteles de invierno.

Cariam defendendam putavit. In quo quum eum opinio fefellisset, victumque se vidisset consilio, serò suis præsidio profectus est. Nam, quum illò venisset, jam Agesilaus, multis locis expugnatis, magnâ erat prædâ potitus. Laco autem, quum videret hostes equitatu superare, nunquam in campo sui fecit potestatem¹; et his locis manum conseruit, quibus plus pedestres copiarum valeret. Pepulit ergo, quotiescumque congressus est, multò majores adversariorum copias; et sic in Asiâ versatus est, ut omnium opinione victor duceretur.

CAPÍTULO IV.

Agesilao, habiendo sido llamado para marchar contra los Atenienses y los Beocios, los vence en la batalla que se dió junto á Coronea. (Año 2 de la olimpiada xcvi, 595 antes de J. C.)

Hic quum jam animo meditaretur proficisci in Persas, et ipsum regem adoriri, nuntius ei domo² venit, ephorum jussu, bellum Athenienses et Bœotios indixisse Lacedæmoniis; quare venire ne dubitaret. In hoc non minùs ejus pietas³ suspicienda est, quàm virtus bellica: qui quum victori præisset exercitui, maximamque haberet fiduciam regni Persarum potiundi, tantâ modestiâ dicto audiens fuit jussis⁴ ab-

¹ *Nunquam in campo sui fecit potestatem.* Nunca quiso salir á campo abierto.

² *Domo.* De Esparta.

³ *Ejus pietas.* Su amor á la patria.

⁴ *Dicto audiens fuit jussis.* Obedeció á las órdenes.

sentium magistratum, ut si privatus in comitio¹ esset Sparta. Cujus exemplum utinam imperatores nostri sequi voluissent! Sed illuc redeamus. Agesilaus opulentissimo regno praeposuit bonam existimationem, multoque gloriosius duxit, si institutis patriae paruisset, quam si bello superasset Asiam. Hac igitur mente Hellespontum copias trajecit; tantaque usus est celeritate, ut, quod iter Xerxes² anno vertente³ confecerat, hic transierit triginta diebus. Quum jam haud ita longe abesset a Peloponneso, obsistere ei conati sunt Athenienses et Bœotii, ceterique eorum socii, apud Coroneam⁴: quos omnes gravi praelio⁵ vicit. Hujus victoriae vel maxima fuit laus, quod, quum plerique ex fugâ se in templum Minervae coniecissent, quaerereturque ab eo quid his fieri vellet, etsi aliquot vulnera acceperat eo praelio, et iratus videbatur omnibus qui adversus arma tulerant, tamen antetulit irae religionem⁶, et eos vetuit violari⁷. Neque verò hoc solum in Græciâ fecit, ut templa deorum sancta haberet, sed etiam apud barbaros summâ religione⁸ omnia simulacra arasque conservavit. Itaque prædicabat⁹ mirari se, non sacrilegorum

¹ *In comitio.* En las juntas ó asambleas del pueblo.

² *Xerxes.* El que condujo el ejército de un millón y seiscientos mil hombres.

³ *Anno vertente.* Gastando un año.

⁴ *Coroneam.* Ciudad de la Beocia.

⁵ *Gravi praelio.* Con mucha pérdida de los aliados.

⁶ *Religionem.* El sagrado.

⁷ *Vetuit violari.* Mandó que no se llegase á ellos.

⁸ *Summâ religione.* Con el mayor respeto.

⁹ *Prædicabat.* Solia decir.

número haberi, qui supplicibus eorum¹ nocuissent; aut non gravioribus pœnis affici, qui religionem minuerent², quàm qui fana³ spoliarent.

CAPÍTULO V.

Agesilao, habiendo llevado la guerra á las cercanías de Corinto, no ataca á esta ciudad ni le hace daño. (Año 2 de la olimpiada xcvii, 591 antes de J. C.)

Post hoc praelium, collatum est omne bellum⁴ circa Corinthum; ideoque corinthium est appellatum⁵. Hic quum unâ pugnâ decem millia hostium, Agesilao duce, cecidissent, eoque facto opes adversariorum debilitatæ viderentur, tantum absuit ab insolentiâ gloriæ⁶, ut commiseratus sit fortunam Græciæ, quòd tam multi a se victi vitio adversariorum concidissent; namque illâ multitudine, si sana mens esset⁷, Græciæ supplicium Persas dare potuisset⁸. Idem quum adversarios intra mœnia compulisset, et, ut

¹ *Supplicibus eorum.* A los que se amparaban de los dioses.

² *Religionem minuerent.* Que entibiaban el culto.

³ *Fana.* Los lugares sagrados.

⁴ *Collatum est omne bellum.* Recayó todo el peso de la guerra.

⁵ *Corinthium est appellatum.* Se llamó la guerra de Corinto ó corintia.

⁶ *Tantum absuit ab insolentiâ gloriæ.* Estuvotan lejos de envanecerse con esta gloria.

⁷ *Si sana mens esset.* Si hubieran seguido mas sanos consejos.

⁸ *Græciæ supplicium Persas dare potuisset.* Que el castigo de la Grecia hubiera podido descargar sobre los Persas.

Corinthum oppugnaret, multi hortarentur, negavit id suae virtuti convenire: « Se enim eum esse dixit, qui ad officium peccantes redire cogeret, non qui urbes nobilissimas expugnaret Graeciae. Nam si, inquit, eos extinguere voluerimus, qui nobiscum adversus barbaros steterunt¹, nosmetipsi nos expugnaverimus, illis quiescentibus. Quo facto, sine negotio, quum voluerint, nos opprimant. »

CAPÍTULO VI.

Agesilao no quiere ir á la campaña de Leutra: salva con una estratagemata á Esparta sitiada por los Tebanos.

Interim accidit illa calamitas apud Leutra² Lacedaemoniis: quò ne proficisceretur³, quum a plerisque ad exeundum premeretur, ut si de exitu divinaret; exire noluit. Idem quum Epaminondas Spartam oppugnaret, essetque sine muris⁴ oppidum, talem se imperatorem praebuit, ut eo tempore omnibus apparuerit, nisi ille fuisset, Spartam futuram non fuisse. In quo quidem discrimine celeritas ejus consilii saluti fuit universis. Nam quum quidam adoles-

¹ Nobiscum.... steterunt. Fueron de nuestro partido (en otras ocasiones).

² Leutra. No solo se dice *Leutra*, *Leuctrarum*, sine tambien *Leuctra*, *Leuctrae*, y *Leuctrae*, *Leuctrarum*.

³ Quò ne proficisceretur. Para que no se empeñase en la jornada.

⁴ Sine muris. Guardaban todavía los Lacedemonios la ley de Licurgo, que mandaba que las ciudades no tuviesen mas muros que el valor de los ciudadanos.

centuli, hostium adventu perterriti, ad Thebanos transfugere¹ vellent, et locum extra urbem editum cepissent, Agesilao, qui perniciosissimum fore videret, si animadversum esset quemquam ad hostes transfugere conari, cum suis eò venit, atque, ut si bono animo fecissent², laudavit consilium eorum, quòd eum locum occupassent, et se id quoque fieri debere animadvertisse. Sic adolescentulos simulatà laudatione recuperavit³; et, adjunctis de suis comitibus⁴, locum tutum reliquit⁵. Namque illi, aucto numero eorum qui expertes erant consilii⁶, commovere se non sunt ausi; eòque libentiùs, quòd latere arbitrabantur quæ cogitarent.

CAPÍTULO VII.

Agesilao exonera á su patria de todo gravámen, y la ayuda en cuanto puede: le cede todos los regalos que le habian enviado las cortes extranjeras.

Sine dubio, post leucetricam pugnam, Lacedaemonii se nunquam refecerunt, neque pristinum imperium⁷

¹ Ad Thebanos transfugere. Pasarse al ejército de los Tebanos.

² Ut si bono animo fecissent. Como si hubieran tenido buena mira.

³ Recuperavit. Hizo volver sobre sí.

⁴ Adjunctis de suis comitibus. Y mezclando con aquellos jóvenes alguna tropa suya.

⁵ Locum tutum reliquit. Aseguró el puesto.

⁶ Qui expertes erant consilii. Que no sabian el fin que ellos habian tenido.

⁷ Pristinum imperium. El auge en que se habian vista.

recuperarunt: quum interim Agesilaus non destitit, quibuscumque rebus posset, patriam iuvare. Nam quum præcipuè Lacedæmonii indigerent pecuniâ, ille omnibus, qui a rege¹ defecerant, præsidio fuit: a quibus magnâ donatus pecuniâ, patriam sublevavit. Atque in hoc² illud in primis fuit admirabile, quum maxima munera ei a regibus, et dynastis civitatibusque conferrentur, quòd nihil unquam [in] domum suam contulit; nihil de vietu, nihil de vestitu Laconum mutavit: domo eadem fuit contentus, quâ Eurysthenes, progenitor majorum suorum, fuerat usus. Quam qui intrarat, nullum signum libidinis³, nullum luxuriæ⁴ videre poterat; contrâ, plurima patientiæ atque abstinentiæ. Sic enim erat instructa⁵, ut nullâ in re differret a cujusvis inopis atque privati.

CAPÍTULO VIII.

Exterior de Agesilao, su carácter. Muere en el puerto de Menelao. (Año 3 de la olimpiada CIV, 562 antes de J. C.)

Atque hic tantus vir, ut naturam fauricem habuerat⁶ in tribuendis animi virtutibus, sic maleficam

¹ Rege. Artajerjes.

² In hoc. En Agesilao.

³ Nullum signum libidinis. Ningun resabio de regalo.

⁴ Luxuriæ. De suntuosidad.

⁵ Sic enim erat instructa. Porque sus muebles ó ajuar eran tales.

⁶ Ut naturam fauricem habuerat. Así como le habia favorecido la naturaleza.

nactus est¹ in corpore fingendo: nam et staturâ fuit humili², et corpore exiguo³, et claudus altero pede⁴: quæ res etiam nonnullam afferebat deformitatem; atque ignoti⁵, faciem ejus quum intuerentur, contemnebant; qui autem virtutes noverant, non poterant admirari satis. Quod ei usu venit, quum, annorum octoginta, subsidio Tacho in Ægyptum ivisset, et in actâ⁶ cum suis accubisset sine ullo tecto, stratumque haberet tale, ut terra tecta esset stramentis⁷, neque hue⁸ ampliùs quàm pellis esset injecta, eodemque comites omnes accubuissent, vestitu humili⁹ atque obsoleto¹⁰, ut eorum ornatus non modò in his regem neminem significaret, sed hominis non beatissimi¹¹ suspicionem præberet. Hujus de adventu fama quum ad regios¹² esset perlata, celeriter munera eò cujusque generis sunt allata. His quærentibus Agesilaum vix fides facta est, unum esse ex his qui

¹ Sic maleficam nactus est. Así tambien la experimentó esquivava, contraria.

² Humili. Pequeña.

³ Exiguo. Débil, flaco.

⁴ Altero pede. De un pié.

⁵ Ignoti. Los que no le conocian.

⁶ In actâ. A la orilla del mar.

⁷ Stramentis. Pajas.

⁸ Hue. Sobre las pajas.

⁹ Humili. Ordinario.

¹⁰ Obsoleto. Sin aliño alguno.

¹¹ Hominis non beatissimi. De un hombre no muy acomodado.

¹² Ad regios. A los ministros reales.

tum accubabant. Qui quum regis verbis ¹, quæ attulerant, dedissent, ille, præter vitulina ² et hujusmodi genera obsoni quæ præsens tempus desiderabat, nihil accepit; unguenta, coronas ³ secundamque mensam ⁴ servis dispersit; cetera referri jussit. Quo facto eum barbari magis etiam contempserunt, quòd eum ignorantia ⁵ bonarum rerum illa potissimum sumpsisse arbitrabantur. Hic quum ex Ægypto reverteretur, donatus a rege Nectanabide ⁶ ducentis viginti talentis, quæ ille muneri populo suo daret, venissetque in portum qui *Menelai* ⁷ vocatur, jacens inter Cyrenas ⁸ et Ægyptum, in morbum implicitus decessit. Ibi eum amici, quò Spartam facilius perferre possent, quòd mel ⁹ non habebant, cerâ circumfuderunt, atque ita domum retulerunt.

¹ *Regis verbis.* En nombre, de parte del rey.

² *Vitulina.* Beeerros.

³ *Unguenta, coronas.* Usaban los Egipcios en los convites de unguentos y de coronas.

⁴ *Secundamque mensam.* Los antiguos llamaban segunda mesa á los manjares mas delicados que se servian á lo último. *Secunda mensa* en nuestro castellano significa propiamente los postres.

⁵ *Ignorantiâ.* Por no saber distinguir.

⁶ *Nectanabide.* Régulo de Egipto, sobrino de Taco.

⁷ *Menelai.* Puerto de Menelas, en Africa.

⁸ *Cyrenas.* Ciudad de Libia, en Africa.

⁹ *Mel.* Los Lacedemonios usaban de miel para lo que llamamos embalsamar los cuerpos.

XVIII.

EUMENES,
CARDIENSE.

CAPÍTULO I.

Eumenes primeramente secretario de Filipo y de su hijo Alejandro, y despues promovido á mandar un cuerpo de caballeria.

Eumenes, Cardianus. Hujus si virtuti par data esset fortuna, non ille quidem major [fuisset], sed multò illustrior atque honoratior; quòd magnos homines virtute metimur, non fortunâ. Nam, quum ætas ejus incidisset in ea tempora quibus Macedones florerent, multum ei detraxit inter hos viventi, quòd alienæ erat civitatis ¹; neque aliud huic defuit, quàm generosa stirps ². Etsi enim ille domestico summo genere erat, tamen Macedones eum sibi aliquando anteponi indignè ferebant; neque tamen non patientiâ: vincebat enim omnes curâ ³, vigilantia, patientiâ, calliditate et celeritate ingenii. Hic peradolescentulus ad amicitiam accessit Philippi ⁴, Amyntæ

¹ *Quòd alienæ erat civitatis.* Por ser extranjero. Era Eumenes natural de Cardia, ciudad de la Tracia.

² *Generosa stirps.* El descender de una de las casas illustres de aquel reino.

³ *Curâ.* Aplicacion.

⁴ *Philippi.* Padre de Alejandro Magno.

tum accubabant. Qui quum regis verbis ¹, quæ attulerant, dedissent, ille, præter vitulina ² et hujusmodi genera obsoni quæ præsens tempus desiderabat, nihil accepit; unguenta, coronas ³ secundamque mensam ⁴ servis dispersit; cetera referri jussit. Quo facto eum barbari magis etiam contempserunt, quòd eum ignorantia ⁵ bonarum rerum illa potissimum sumpsisse arbitrabantur. Hic quum ex Ægypto reverteretur, donatus a rege Nectanabide ⁶ ducentis viginti talentis, quæ ille muneri populo suo daret, venissetque in portum qui *Menelai* ⁷ vocatur, jacens inter Cyrenas ⁸ et Ægyptum, in morbum implicitus decessit. Ibi eum amici, quòd Spartam facilius perferre possent, quòd mel ⁹ non habebant, cerâ circumfuderunt, atque ita domum retulerunt.

¹ *Regis verbis.* En nombre, de parte del rey.

² *Vitulina.* Beeerros.

³ *Unguenta, coronas.* Usaban los Egipcios en los convites de unguentos y de coronas.

⁴ *Secundamque mensam.* Los antiguos llamaban segunda mesa á los manjares mas delicados que se servian á lo último. *Secunda mensa* en nuestro castellano significa propiamente los postres.

⁵ *Ignorantiâ.* Por no saber distinguir.

⁶ *Nectanabide.* Régulo de Egipto, sobrino de Taco.

⁷ *Menelai.* Puerto de Menelas, en Africa.

⁸ *Cyrenas.* Ciudad de Libia, en Africa.

⁹ *Mel.* Los Lacedemonios usaban de miel para lo que llamamos embalsamar los cuerpos.

XVIII.

EUMENES,
CARDIENSE.

CAPÍTULO I.

Eumenes primeramente secretario de Filipo y de su hijo Alejandro, y despues promovido á mandar un cuerpo de caballeria.

Eumenes, Cardianus. Hujus si virtuti par data esset fortuna, non ille quidem major [fuisset], sed multò illustrior atque honoratior; quòd magnos homines virtute metimur, non fortunâ. Nam, quum ætas ejus incidisset in ea tempora quibus Macedones florerent, multum ei detraxit inter hos viventi, quòd alienæ erat civitatis ¹; neque aliud huic defuit, quàm generosa stirps ². Etsi enim ille domestico summo genere erat, tamen Macedones eum sibi aliquando anteponi indignè ferebant; neque tamen non patientiâ: vincebat enim omnes curâ ³, vigilantia, patientiâ, calliditate et celeritate ingenii. Hic peradolescentulus ad amicitiam accessit Philippi ⁴, Amyntæ

¹ *Quòd alienæ erat civitatis.* Por ser extranjero. Era Eumenes natural de Cardia, ciudad de la Tracia.

² *Generosa stirps.* El descender de una de las casas illustres de aquel reino.

³ *Curâ.* Aplicacion.

⁴ *Philippi.* Padre de Alejandro Magno.

fili, brevique tempore in intimam pervenit familiaritatem. Fulgebat enim jam in adolescentulo indoles virtutis¹. Itaque eum habuit ad manum, scribæ loco: quod nullò apud Graios honorificentius est quam apud Romanos. Nam apud nos revera, sicut sunt, mercenarii scribæ existimantur; at apud illos contrariò nemo ad id officium admittitur, nisi honesto loco, et fide et industriâ cognitâ, quòd necesse est omnium consiliorum eum esse participem. Hunc locum tenuit amicitia apud Philippum annos septem. Illo interfecto, eodem gradu fuit apud Alexandrum annos tredecim. Novissimo tempore, præfuit etiam alteri equitum alæ, quæ *Heterice*² appellabatur. Ultrique autem et in consilio semper adfuit, et omnium rerum habilis est particeps.

CAPÍTULO II.

Después de la muerte de Alejandro, Eumenes obtiene el gobierno de la Capadocia y abraza el partido de Perdiccas.

Alexandro Babylone mortuo, quum regna singulis familiaribus dispartirentur, et summa rerum tradita esset tuenda eidem, cui Alexander moriens annulum suum dederat, Perdiccæ (ex quo omnes conjecerant, eum regnum ei commendasse, quoad liberi ejus in

¹ *Indoles virtutis*. Arranques de valor.

² *Heterice*. Nombre de un cuerpo de caballería. Esta voz significa *compañera*. Llamábase así esta tropa de caballería, porque siempre acompañaba al rey, y parece que es la que ahora llamamos *Guardias de corps*.

suam tutelam pervenissent¹: aberant enim Craterus et Antipater, qui antecedere hunc videbantur; mortuus erat Hephæstio, quem unum Alexander, quod facillè intelligi posset, plurimi fecerat; hoc tempore data est Eumeni Cappadocia, sive potiùs dicta²; nam tum in hostium erat potestate. Hunc sibi Perdiccas adjuverat magno studio, quòd in homine fidem et industriam magnam videbat; non dubitans, si eum pellexisset³, magno usui fore sibi in his rebus quas apparabat: cogitabat enim (quod ferè omnes in magnis imperiis concupiscunt) omnium partes corripere atque complecti. Neque verò hoc ille solus fecit, sed ceteri quoque omnes qui Alexandri fuerant amici. Primus Leonnatus Macedoniam præoccupare destinaverat. Is multis magnisque pollicitationibus persuadere Eumeni studuit, ut Perdiccam desereret, ac secum faceret societatem. Quum perducere eum non posset, interficere conatus est; et fecisset, nisi ille clam noctu ex præsidiis⁴ ejus effugisset.

CAPÍTULO III.

Perdiccas opone Eumenes á sus enemigos de Europa. Estratagema con la cual obliga á sus tropas á medir las armas con los Macedonios, á pesar del terror que estos inspiraban.

Interim constata sunt illa bella, quæ ad internecio-

¹ *In suam tutelam pervenissent*. Hubiesen salido de la menor edad.

² *Dicta*. Destinada.

³ *Si eum pellexisset*. Si lo traía á su partido.

⁴ *Ex præsidiis*. De entre las guardias que le tenia puestas.

nem, post Alexandri mortem, gesta sunt, omnesque concurrerunt ad Perdiccam opprimendum. Quem etsi infirmum videbat, quòd unus resistere omnibus cogebatur, tamen amicum non deseruit, neque salutis quàm fidei fuit cupidior. Præfecerat cum Perdiccas ei parti Asiæ, quæ inter Taurum montem jacet atque Hellespontum, et illum unum opposuerat europæis adversariis¹; ipse Ægyptum oppugnatam adversus Ptolemæum² erat profectus. Eumenes quum neque magnas copias, neque firmas haberet, quòd inexercitata et non multò antè erant contractæ; adventare autem dicerentur, Hellespontumque transiisse Antipater et Craterus magno cum exercitu Macedonum, viri quum claritate, tum usu belli præstantes (macedones verò milites eâ tum erant famâ, quâ nunc Romani feruntur: etenim semper habiti sunt fortissimi qui summam imperii potirentur³); Eumenes intelligebat, si copiæ suæ cognoscerent adversus quos ducerentur, non modò non ituras, sed simul cum nuntio dilapsuras. Itaque hoc ejus fuit

¹ *Europæis adversariis.* A los que Perdiccas tenia en Europa. Estos eran, entre otros, Antipatro y Cratero.

² *Ptolemæum.* El primer Ptolomeo, rey de Egipto. Apoderóse de Egipto despues de la muerte de Alejandro, cuyo soldado raso habia sido á los principios.

³ *Etenim semper habiti sunt fortissimi qui summam imperii potirentur.* Siempre han sido tenidos por mas valerosos aquellos en cuyas manos estaba el señorío universal. Alude Nepote en esta reflexion al imperio de los Persas y al de los Macedonios, que ya se habian acabado, y al de los Romanos, que estaba en su auge.

prudētissimum consilium, ut devii itineribus milites duceret, in quibus vera audire non possent, et his persuaderet se contra quosdam barbaros proficisci. Itaque tenuit hoc propositum, et prius in aciem exercitum eduxit⁴, præliumque commisit, quàm milites sui scirent cum quibus arma conferrent. Effecit etiam illud, locorum præoccupatione, ut equitatu potiùs dimicaret, quò plus valebat, quàm peditatu, quo erat deterior⁵.

CAPÍTULO IV.

Eumenes triunfa de Neoptolemo en un singular combate: exequias que manda hacer á Cratero. (Año 4 de la olimpiada cxiv, 321 antes de J. C.)

Quorum acerrimo concursu⁶ quum magnam partem diei esset pugnatum, cadit Craterus dux, et Neoptolemus, qui secundum locum imperii tenebat. Cum hoc concurrat ipse Eumenes⁷; qui quum, inter se complexi⁸, in terram ex equis decidissent, ut facillè intelligi posset inimicâ mente contendisse, animoque⁹ magis etiam pugnasse quàm corpore⁷,

⁴ *Eduxit.* Sacó el ejército en órden de batalla.

⁵ *Deterior.* Menos fuerte.

⁶ *Quorum acerrimo concursu.* Habiendo dado el ataque con mucho ardor la caballeria.

⁷ *Cum hoc concurrat ipse Eumenes.* Eumenes mismo cierra con este último.

⁸ *Inter se complexi.* Agarrándose uno á otro.

⁹ *Animo.* Rabia, coraje.

⁷ *Corpore.* Fuerzas.

non prius distracti sunt, quam alterum anima reliquerit. Ab hoc aliquot plagis Eumenes vulneratur; neque eo magis ex praelio excessit, sed acrius hostibus institit. Ille, equitibus profligatis, interfecto duce Cratero¹, multis praeterea et maximè nobilibus captis, pedester exercitus, quòd in ea loca erat deductus, ut invito Eumene² elabi³ non posset, pacem ab illo petiit. Quam quum impetrasset, in fide non mansit; et se, simul ac potuit, ad Antipatrum recepit. Eumenes Craterum ex acie semianimum elatum recreare studuit⁴. Quum id non posset, pro hominis dignitate, proque pristina amicitia (namque illo usus erat, Alexandro vivo, familiariter), amplo funere extulit⁵, ossaque in Macedoniam uxori ejus ac liberis remisit.

CAPÍTULO V.

Eumenes, condenado por Antipatro, vencido y estrechado por Antigono, se escapa por medio de una estratagema.

Hæc dum apud Hellespontum geruntur, Perdiccas apud flumen Nilum⁶ interficitur a Seleuco et Antigono, rerumque summa ad Antipatrum deferitur.

¹ *Interfecto duce Cratero.* Habiendo quedado Cratero entre los muertos. La palabra *interfecto* no se ha de tomar con todo rigor.

² *Invito Eumene.* Mientras Eumenes les hiciere frente.

³ *Elabi.* Retirarse.

⁴ *Recreare studuit.* Deseó poner en cura.

⁵ *Amplio funere extulit.* Le hizo magnificas exequias.

⁶ *Nilum.* Rio bien conocido en Egipto.

Ille, qui deseruerant¹, exercitu suffragium ferente, capitis absentes damnantur; in his Eumenes. Ilac ille percussus plagâ², non succubuit, neque eò secius bellum administravit³. Sed exiles res⁴ animi magnitudinem etsi non frangebant, tamen minuebant. Hunc persequens Antigonus, quum omni genere copiarum abundaret, sæpe in itineribus vexabatur, neque unquam ad manum accedere licebat, nisi his locis quibus pauci multis possent resistere. Sed extremo tempore, quum consilio capi non posset, multitudine circumventus est. Hinc⁵ tamen, nullis suis amissis, se expedit; et in castellum Phrygiæ, quod *Nora* appellatur, confugit. In quo quum circum sederetur, et vereretur ne, uno loco manens⁶, equos militares perderet, quòd spatium non esset agitandi; callidum fuit ejus inventum, quemadmodum stans jumentum calefieri exerceri que posset, quò libentius et cibo uteretur, et a corporis motu non removeretur⁷. Substringebat caput loro⁸ altiùs quam ut prioribus pedibus planè terram posset attingere: deinde post⁹ verberibus cogebat exsul-

¹ *Qui deseruerant.* Los que habian dejado de seguir el partido de Seleuco y Antigono, y en especial el de Antipatro.

² *Plagâ.* Golpe.

³ *Bellum administravit.* Tuvo el mando.

⁴ *Exiles res.* La flaqueza de fuerzas, la poca tropa.

⁵ *Hinc.* De este apuro.

⁶ *Uno loco manens.* Sin moverse de un puesto.

⁷ *Non removeretur.* No perdiesen el sitio en que estaba cada caballo.

⁸ *Loro.* Con el cabezon.

⁹ *Post.* Por las ancas.

tare¹ et calces remittere²: qui motus non minùs sudorem excutiebat, quàm si in spatio³ decurreret. Quo factum est (quod omnibus mirabile est visum) ut iumenta æquè nitida⁴ ex castello educeret, quum complures menses in obsidione fuisset, ac si in campestribus ea locis habuisset. In hac conclusione⁵, quotiescumque voluit, et apparatus et munitiones⁶ Antigoni aliàs incendit, aliàs disjecit. Tenuit autem se uno loco, quamdiu fuit hiems; sed quòd castrum subsidia habere non poterat, et ver appropinquabat, simulatà deditiõne, dum de conditionibus tractat, præfectis Antigoni imposuit, seque ac suos omnes⁷ extraxit incolumes.

CAPÍTULO VI.

Eumenes toma las armas por Olimpias y los hijos de Alejandro.

Ad hunc Olympias, mater quæ fuerat Alexandri, quum litteras et nuntios misisset in Asiam, consultum utrùm repetitum Macedoniam veniret (nam tum in Epiro habitabat) et eas res occuparet⁸: huic ille primùm suasit ne se moveret, et expectaret quoad

¹ *Exsultare*. Empinarsè.

² *Calces remittere*. Volver á bajar las manos; tirar coces.

³ *In spatio*. En un picadero, en una plaza.

⁴ *Iumenta æquè nitida*. Los caballos tan lucidos.

⁵ *In hac conclusione*. En este encierro.

⁶ *Apparatum et munitiones*. Los trabajos y fortificaciones.

⁷ *Suos omnes*. Toda su guarnicion.

⁸ *Eas res occuparet*. Tomaria posesion del reino, como regente en nombre de su nieto.

Alexandri filius¹ regnum adipisceretur: sin aliquà cupiditate raperetur in Macedoniam, omnium injuriarum oblivisceretur, et in neminem acerbiore imperio uteretur. Horum nihil ea fecit: nam et in Macedoniam profecta est, et ibi crudelissimè se gessit. Petiit autem ab Eumene absente, ne pateretur Philippi domùs et familiæ inimicissimos stìrpem quoquè interimere, ferretque opem liberis Alexandri. Quam veniam si sibi daret², quàm primùm exercitus pararet, quos sibi subsidio adduceret. Id quò faciliùs faceret, se omnibus præfectis, qui in officio manebant, misisse litteras ut ei parerent, ejusque consiliis uterentur. His rebus Eumenes permotus, satius duxit, si ita tulisset fortuna³, perire bene meritis referentem gratiam⁴, quàm ingratum vivere.

CAPÍTULO VII.

Eumenes se prepara para hacer la guerra contra Antigono. Medios por los que se esfuerza en probar á todos que no ejerce el poder sino en nombre de Alejandro. (Año 2 de la olimpiada cxv, 519 antes de J. C.)

Itaque copias contraxit; bellum adversus Antigonum comparavit. Quòd unà erant Macedones com-

¹ *Alexandri filius*. Llamado tambien Alejandro, segun la mas probable opinion.

² *Quam veniam si sibi daret*. Que si venia en ello.

³ *Si ita tulisset fortuna*. Si llegase el caso.

⁴ *Bene meritis referentem gratiam*. Pagando los beneficios recibidos.

plures nobiles (in his Peucestes¹, qui corporis custos fuerat Alexandri, tum autem obtinebat Persidem²; et Antigenes³, cuius sub imperio phalanx erat Macedonum), invidiam verens, quam tamen effugere non potuit, si potius ipse alienigena summi imperii potiretur, quam alii Macedonum, quorum ibi erat multitudo, in principii⁴ nomine Alexandri statuit tabernaculum, in eoque sellam auream cum sceptro ac diademate iussit poni, eoque omnes quotidie convenire, ut ibi de summis rebus consilia caperentur, credens minore se in invidia fore, si specie imperii, nominisque simulatione Alexandri⁵, bellum videretur administrare. Quod et fecit: nam, quum non ad Eumenes principia, sed ad regia conveniretur, atque ibi de rebus deliberaretur, quodam modo latebat⁶, quum tamen per eum unum omnia gererentur.

¹ *Peucestes*. Uno de los de la guardia de corps de Alejandro.

² *Obtinebat Persidem*. Gobernaba la Persia.

³ *Antigenes*. Jefe ó coronel de la falange macedonia.

⁴ *In principiiis*. En la plaza de armas, ó dentro de los reales. Llámase *principia* el puesto desde donde se tiran las líneas para el campamento.

⁵ *Si specie imperii, nominisque simulatione Alexandri*. Aparentando que mandaba Alejandro, y usando de su nombre.

⁶ *Quodam modo latebat*. En cierto modo no era él quien sonaba.

CAPÍTULO VIII.

Eumenes, vencedor de Antígono, halla oposicion en la subordinacion de los veteranos. (Año 3 de la olimpiada cxv, 518 antes de J. C.)

Hic in Parætacis¹ cum Antigono confligit, non acie instructâ, sed in itinere², eumque malè acceptum³ in Mediam hiematum coegit redire. Ipse in finitima regione Persidis hiematum copias divisit, non ut voluit, sed ut militum cogeat voluntas. Namque illa phalanx Alexandri Magni, quæ Asiam peragrarat, deviceratque Persas, inveteratâ quum gloriâ, tum etiam licentiâ, non parere se ducibus, sed imperare postulabat, ut nunc veterani faciant nostri. Itaque periculum est ne faciant quod illi fecerant suâ intemperantiâ⁴ nimiâque licentiâ, ut omnia perdant⁵, neque minùs eos cum quibus steterint⁶, quàm adversùs quos fecerint. Quòd si quis illorum veteranorum legat facta, paria horum cognoscat; neque rem ullam, nisi tempus, interesse iudicet. Sed ad illos revertar. Hiberna sumpserant, non ad usum belli, sed ad ipsorum luxuriâ⁷; longèque inter se discesserant. Hoc Antigonus quum comperisset, in-

¹ *In Parætacis*. País entre la Media y la Persia.

² *In itinere*. Sobre la marcha.

³ *Malè acceptum*. Habiéndole maltrado.

⁴ *Suâ intemperantiâ*. Por su falta de disciplina.

⁵ *Perdant*. Destruyan.

⁶ *Cum quibus steterint*. A los amigos, ó aliados.

⁷ *Ad ipsorum luxuriâ*. Para vivir con mas ensanche.

telligeretque se parem non esse paratis¹ adversariis, statuit aliquid sibi novi consilii esse capiendum. Duæ erant viæ, quæ ex Medis, ubi ille hiemabat, ad adversariorum hibernacula posset perveniri. Quarum brevior per loca deserta, quæ nemo incolebat propter aquæ inopiam; ceterum dierum erat ferè decem. Illa autem, quæ omnes commeabant, altero tantò longiorem habebat anfractum², sed erat copiosa, omniumque rerum abundans. Hæc si proficisceretur, intelligebat prius adversarios rescituros de suo adventu, quàm ipse tertiam partem confecisset itineris: sin per loca sola contenderet, sperabat se imprudentem hostem oppressurum. Ad hanc rem conficiendam, imperavit quàm plurimos utres atque etiam culleos³ parari; post hæc pabulum; præterea cibaria cocta decem dierum⁴; utque quàm minimè fieret ignis in castris. Iter, quod habebat, omnes celat.

CAPÍTULO IX.

Eumenes con una estratagemata burla à sus enemigos.

Sic paratus, quæ constituerat, proficiscitur. Dimidium ferè spatium confecerat, quum ex fumo castrorum ejus suspicio allata est ad Eumenem, hostem appropinquare. Conveniunt duces; quæritur quid opus sit factò. Intelligebant omnes, tam celeriter copias ipsorum contrahi non posse, quàm Antigonus

¹ Paratis. Estando apercebidos.

² Anfractum. Rodeo.

³ Culleos. Sacos pequeños.

⁴ Cibaria cocta decem dierum. Racion para diez días.

adfuturus videbatur. Hic, omnibus titubantibus, et de rebus summis desperantibus¹, Eumenes ait: « si celeritatem velint adhibere, et imperata facere, quod antè non fecerint, se rem expediturum². Nam, quòd diebus quinque hostis transisse posset, se effecturum ut non minùs totidem dierum spatio retardaretur: quare circumirent, suas quisque copias contraheret. » Ad Antigoni autem refrenandum impetum, tale capit consilium. Certos mittit homines ad infimos montes³, qui obvii erant⁴ itineri adversariorum; hjsque præcipit, ut primà nocte, quàm latissimè possint, ignes faciant quàm maximos, atque hos secundà vigilià minuant; tertiam perexiguos reddant; et, assimilata castrorum consuetudine, suspicionem injiciant hostibus his locis esse castra, ac de eorum adventu esse prænuntiatum; idemque postera nocte faciant. Quibus imperatum erat, diligenter præceptum curant. Antigonus, tenebris obortis⁵, ignes conspicatur: credit de suo adventu esse auditum, et adversarios illuc suas contraxisse copias. Mutat consilium; et, quoniam imprudentes adoriri non posset, flectit iter suum, et illum anfractum longiorem copiosæ viæ capit; ibique diem unum opperitur, ad lassitudinem sedandam militum, ac reficienda jumenta, quò integriore exercitu decerneret⁶.

¹ De rebus summis desperantibus. Dándolo todo por perdido.

² Se rem expediturum. Que él los sacaria del lancee.

³ Ad infimos montes. A las faldas de los montes.

⁴ Qui obvii erant. Que estaban en frente, de cara.

⁵ Tenebris obortis. Luego que anocheció.

⁶ Decerneret. Para poder pelear.

CÁPÍTULO X.

Eumenes es vendido por los suyos; el vencido hace poner preso al vencedor.

Sic Eumenes callidum imperatorem vicit consilio, celeritatemque impeditit ejus: neque tamen nullum profecit. Nam invidia ducum cum quibus erat, perfidiaque militum macedonum veteranorum, quum superior praelio discessisset, Antigono est deditus; quum exercitus ei ter ante, separatis temporibus¹, jurasset se eum defensurum, nec unquam deserturum. Sed tanta fuit nonnullorum virtutis obtractatio², ut fidem amittere mallent, quam eum non prodere. Atque hunc Antigonus, quum ei fuisset infestissimus, conservasset, si per suos esset licitum, quod ab nullo se plus adjuvari posse intelligebat in his rebus, quas impendere jam apparebat omnibus. Imminebant³ enim Seleucus, Lysimachus, Ptolemæus, opibus jam valentes, cum quibus ei de summis rebus erat dimicandum. Sed non passi sunt ii qui circa erant, quod videbant, Eumene recepto⁴, omnes præ illo parvi futuros. Ipse autem Antigonus adeo erat incensus⁵, ut, nisi magna spe maximarum rerum⁶, leniri non posset.

¹ Separatis temporibus. En distintos tiempos.

² Virtutis obtractatio. Envidia del valor de Eumenes.

³ Imminebant. Estaban ya para dar contra Antigono.

⁴ Eumene recepto. Si Eumenes entraba en el servicio de Antigono.

⁵ Adeo erat incensus. Estaba tan irritado contra Eumenes.

⁶ Nisi magna spe maximarum rerum. Solo con una esperanza muy fundada de que Eumenes le haria los mas señalados servicios.

CAPÍTULO XI.

Eumenes aguarda con impaciencia la pena que ha de sufrir.

Itaque quum eum in custodiam dedisset, et præfectus custodum¹ quæsisset quemadmodum servari vellet: « Ut acerrimum, inquit, leonem, aut ferocissimum elephantum. » Nondum enim statuerat, conservaret eum, necne. Veniebat autem ad Eumenum utrumque genus hominum², et qui, propter odium, fructum oculis ex ejus casu capere vellet³, et qui, propter veterem amicitiam, colloqui consolarique euperent; multi etiam qui ejus formam cognoscere studebant, qualis esset⁴, quem tamdiu tamque valde timuissent, cujus in pernicie positam spem habuissent victoriae. At Eumenes, quum diutiùs in vineulis esset, ait Onomarcho, penes quem summa imperii erat custodiae, « Se mirari quare jam tertium » diem sic teneretur. Non enim hoc convenire Antigoni prudentiæ, ut sic deuteretur victo⁵. Quin, » aut interfici, aut missum fieri juberet. » Hic quum ferociùs Onomarcho loqui videretur: « Quid? tu, » inquit, animo si isto eras, cur non in praelio ceci-

¹ Præfectus custodum. El jefe á cuya orden se guardaban los prisioneros ó presos.

² Utrumque genus hominum. Dos especies ó clases de personas.

³ Fructum oculis ex ejus casu capere vellet. Por tener el placer de apacentar sus ojos con la vista de su desgracia.

⁴ Qualis esset. Y saber qué hombre era aquel.

⁵ Ut sic deuteretur victo. Que abusase así, que tratase así al vencido.

» disti potius, quàm in potestatem inimici ventres? »
 Huic Eumenes : « Utinam quidem istud evenisset!
 » inquit; sed eò non accidit, quòd nunquam cum
 » fortiore sum congressus¹ : non enim cum quo-
 » quam arma contuli, quin is mihi succubuerit.
 » Non enim virtute hostium, sed amicorum per-
 » fidià, decidi². » Neque id falsum... Nam et digni-
 » tate fuit honestà³, et viribus ad laborem ferendum
 » firmis; neque tam magno corpore quàm figurà ve-
 » nustà.

CAPÍTULO XII.

Se da la muerte á Eumenes despues de habérsele hecho padecer hambre. (Año 4º. de la olimpiada cxvi, 516 antes de J. C.)

De hoc Antigonus, quum solus constituere non auderet, ad consilium retulit. Hic, quum plerique omnes primò perturbati⁴ admirarentur non jam de eo sumptum esse supplicium, a quo tot annos adeo essent malè habiti⁵, ut sæpe ad desperationem forent adducti, quique maximos duces interfecisset; denique in quo uno esset tantum⁶, ut, quoad ille viveret, ipsi securi esse non possent; interfecto, nihil habituri

¹ Quòd nunquam cum fortiore sum congressus. Porque nunca he venido á las manos con quien fuese mas valiente que yo.

² Decidi. Me veo en este estado.

³ Dignitate fuit honestà. Su presencia fué respetosa.

⁴ Perturbati. Alterados.

⁵ Malè habiti. Habian recibido tantos daños.

⁶ In quo uno esset tantum. El cual solo era tan de temer.

negotii essent; postremò, si illi redderet salutem, quærebant quibus esset usurus; sese enim cum Eumene apud eum non futuros : hic, cognitâ consilii voluntate, tamen usque ad septimum diem deliberandi sibi spatium reliquit. Tum autem, quum jam vereretur ne qua seditio exercitûs oriretur, vultu ad eum quemquam admitti, et quotidianum victum amoveri jussit. Nam negabat se ei vim allaturum¹, qui aliquando fuisset amicus. Hic tamen non ampliùs quàm triduum fame fatigatus, quum castra moverentur, insciente Antigono, jugulatus est a custodibus.

CAPÍTULO XIII.

Viviendo Eumenes, nadie tomó el dictado de rey.
 Funerales que se le hicieron.

Sic Eumenes annorum quinque et quadraginta, quum ab anno vicesimo, ut supra ostendimus, septem annos Philippo apparuisset², et tredecim apud Alexandrum eundem locum obtinuisset, in his³ uni equitum aetæ præfuisset; post autem Alexandri Magni mortem, imperator exercitus duxisset, summosque duces partim repulisset, partim interfecisset; captus non Antigoni virtute, sed Macedonum perjurio, talem habuit exitum vitæ. In quo quanta fuerit omnium opinio eorum qui post Alexandrum Magnum reges sunt appellati, ex hoc facillimè potest judicari, quòd

¹ Negabat se ei vim allaturum. Decia que no queria deramar la sangre de aquel.

² Apparuisset. Habiendo servido.

³ In his. En estos mismos trece años.

nemo, Eumene vivo, rex appellatus est, sed præfectus. Iidem, post hujus occasum, statim regium ornatum nomenque sumpserunt; neque, quod initio prædicarant, se Alexandri liberis regnum servare, præstare voluerunt, et, uno propugnatore sublato, quid sentirent, aperuerunt. Hujus sceleris principes fuerunt¹ Antigonus, Ptolemæus, Seleucus, Lysimachus, Cassander. Antigonus autem Eumenem mortuum propinquis ejus sepeliendum tradidit. Hi militari honesto funere², comitante toto exercitu, humaverunt; ossaque ejus in Cappadociam ad matrem, atque uxorem liberosque ejus deportanda curarunt.

XIX.

FOCION,
ATENIENSE.

CAPÍTULO I.

Focion, hombre de bien y pobre. Rehusa los regalos que se le ofrecen.

Phocion, Atheniensis. Elsi sæpe exercitibus præfuit, summosque magistratus cepit³, tamen multo

¹ *Hujus sceleris principes fuerunt.* Los que mas se precipitaron en el delito de declararse por reyes.

² *Militari honesto funere.* Con los honores militares que correspondian.

³ *Cepit.* Obtuvo.

ejus notior integritas est vitæ, quàm rei militaris labor. Itaque hujus memoria est nulla; illius autem magna fama: ex quo cognomine *Bonus* est appellatus. Fuit enim perpetuò pauper, quum dilissimus esse posset propter frequentes delatos honores potestatesque summas⁴ quæ ei a populo dabantur. Hic quum a rege Philippo⁵ munera magnæ pecuniæ repudiaret, legatique hortarentur accipere, simulque admonerent, si ipse his faciliè careret⁶, liberis tamen suis prospiceret, quibus difficile esset in summâ paupertate tantam paternam lueri gloriam; his ille: « Si mei similes erunt, idem hic, inquit, agellus illos alet, qui me ad hanc dignitatem perduxit; sin dissimiles sunt futuri, nolo meis impensis illorum ali augerique luxuriam⁷. »

CAPÍTULO II.

En su vejez Focion incurre en el odio de sus conciudadanos por haber tratado de entregar Atenas á Antipatro. Nicanor se apodera del puerto Pireo.

Idem quum prope ad annum octogesimum prosperâ pervenisset fortunâ, extremis temporibus magnum in odium pervenit suorum civium. Primò, quòd cum

⁴ *Potestatesque summas.* Y los mas altos empleos.

⁵ *Philippo.* Padre de Alejandro.

⁶ *Si ipse his faciliè careret.* Si él se pasaba fácilmente sin ellos.

⁷ *Illorum ali augerique luxuriam.* Que se mantenga y crezca su fausto.

nemo, Eumene vivo, rex appellatus est, sed præfectus. Idem, post hujus occasum, statim regium ornatum nomenque sumpserunt; neque, quod initio prædicarant, se Alexandri liberis regnum servare, præstare voluerunt, et, uno propugnatore sublato, quid sentirent, aperuerunt. Hujus sceleris principes fuerunt ¹ Antigonus, Ptolemæus, Seleucus, Lysimachus, Cassander. Antigonus autem Eumenem mortuum propinquis ejus sepeliendum tradidit. Hi militari honesto funere ², comitante toto exercitu, humaverunt; ossaque ejus in Cappadociam ad matrem, atque uxorem liberosque ejus deportanda curarunt.

XIX.

FOCION,
ATENIENSE.

CAPÍTULO I.

Focion, hombre de bien y pobre. Rehusa los regalos que se le ofrecen.

Phocion, Atheniensis. Elsi sæpe exercitibus præfuit, summosque magistratus cepit ³, tamen multo

¹ *Hujus sceleris principes fuerunt.* Los que mas se precipitaron en el delito de declararse por reyes.

² *Militari honesto funere.* Con los honores militares que correspondian.

³ *Cepit.* Obtuvo.

ejus notior integritas est vitæ, quàm rei militaris labor. Itaque hujus memoria est nulla; illius autem magna fama: ex quo cognomine *Bonus* est appellatus. Fuit enim perpetuò pauper, quum dilissimus esse posset propter frequentes delatos honores potestatesque summas ⁴ quæ ei a populo dabantur. Hic quum a rege Philippo ⁵ munera magnæ pecuniæ repudiaret, legatique hortarentur accipere, simulque admonerent, si ipse his faciliè careret ⁶, liberis tamen suis prospiceret, quibus difficile esset in summâ paupertate tantam paternam lueri gloriam; his ille: « Si mei similes erunt, idem hic, inquit, agellus illos alet, qui me ad hanc dignitatem perduxit; sin dissimiles sunt futuri, nolo meis impensis illorum ⁷ ali augerique luxuriam ⁸. »

CAPÍTULO II.

En su vejez Focion incurre en el odio de sus conciudadanos por haber tratado de entregar Atenas á Antipatro. Nicanor se apodera del puerto Pireo.

Idem quum prope ad annum octogesimum prosperâ pervenisset fortunâ, extremis temporibus magnum in odium pervenit suorum civium. Primò, quòd cum

⁴ *Potestatesque summas.* Y los mas altos empleos.

⁵ *Philippo.* Padre de Alejandro.

⁶ *Si ipse his faciliè careret.* Si él se pasaba fácilmente sin ellos.

⁷ *Illorum ali augerique luxuriam.* Que se mantenga y crezca su fausto.

Demade¹ de urbe tradendâ Antipatro consenserat; ejusque consilio, Demosthenes² cum ceteris, qui bene de republicâ meriti existimabantur, populiscito in exsilium erant expulsi. Neque in eo solùm offenderat, quòd patriâ malè consuluerat, sed etiam quòd amicitia³ fidem⁴ non præstiterat. Namque, auctus adjutusque a Demosthene, eum quem tenebat ascenderat gradum, quum adversus Charetem⁵ eum subornaret. Ab eodem in judiciis, quum capitis causam diceret, defensus, aliquoties liberatus discesserat. Hunc⁶ non solùm in periculis non defendit, sed etiam prodidit. Concidit autem maximè uno crimine⁷, quòd, quum apud eum summum esset imperium populi, et Nicanorem, Cassandri⁸ præfectum, insidiari Piræo Atheniensium a Dereyllo moneretur, idemque postularet ut provideret ne commeatibus civitas privaretur, huic, audiente populo, Phocion negavit esse periculum, seque ejus rei obsidem⁹ fore pollicitus est. Neque ita multò

¹ Demade. Démades fué orador de Atenas, antagonista de Demóstenes. Antes había sido marinero.

² Demosthenes. Orador bien conocido en Atenas y en todo el mundo por sus célebres filípicas.

³ Amicitia³ fidem. La fe de amigo, deberes de la amistad.

⁴ Charetem. General que fué de los Atenienses; miraba mal á Demóstenes.

⁵ Hunc. A Demóstenes.

⁶ Concidit autem maximè uno crimine. El crimen que mas le infamo, fué, etc.

⁷ Cassandri. Este fué el que despues de la muerte de Alejandro se apoderó de la Macedonia.

⁸ Obsidem. Fiador.

post Nicanor Piræo est positus. Ad quem recuperandum quum populus armatus concurrisset, ille¹ non modò neminem ad arma vocavit, sed ne armatis quidem præesse voluit. [Sine quo Athenæ omnino esse non possunt.]

CAPÍTULO III.

Focion desterrado es puesto preso en Macedonia y entregado á los Atenienses.

Erant eo tempore Athenis duæ factiones; quarum una populi causam agebat, altera optimatum. In hac erant Phocion et Demetrius Phalereus²; harum utraque Macedonum patrocinis nitebatur. Nam populares Polysperchonti favebant; optimates cum Cassandro sentiebant. Interim a Polysperchonte Cassander Macedonia pulsus est. Quo facto populus superior factus, statim duces adversariæ factionis, capitis damnatos, patriâ propulit, in his Phocionem et Demetrium Phalereum: deque eâ re legatos ad Polysperchontem misit, qui ab eo peterent ut sua decreta confirmaret³. Huic eodem profectus est Phocion. Quò ut venit, causam apud Philippum⁴ regem verbo, re ipsâ quidem apud Polysperchontem jussus est dicere; namque is tum regis rebus præerat. Hic

¹ Ille. Focion.

² Phalereus. A este Demetrio erigieron los Atenienses mas de trescientas estatuas.

³ Ut sua decreta confirmaret. Que ratificase las determinaciones que acababa de tomar el pueblo.

⁴ Apud Philippum. Filipo Arideo, rey de Macedonia.

ab Agnonide¹ accusatus, quòd Piræum Nicanori prodidisset, ex consilii sententiâ in custodiam coniectus, Athenas deductus est, ut ibi de eo legibus, fieret iudicium.

CAPÍTULO IV.

Focion condenado á muerte: unos esclavos le dan sepultura.

Huc ubi perventum est, quum propter ætatem pedibus jam non valeret, vehiculoque portaretur, magni concursus sunt facti, quum alii, reminiscetes veteris famæ, ætatis misererentur, plurimi verò irâ exacerentur² propter proditiõnis suspiciõnem Piræi, maximèque quòd adversus populi commoda in senectute steterat. Quâ de re ne perorandi quidem ei data est facultas et dicendi causam. Inde iudicio, legitimis quibusdam confectis³, damnatus, traditus est undecimviris⁴, quibus ad supplicium, more Atheniensium, publicè damnati tradi solent. Hic quum ad mortem duceretur, obvius ei fuit Emphyletus, quo familiariter fuerat usus. Is quum lacrymans dixisset: « O quam indigna perpeteris, Phocion! » huic ille, « At non inopinata, inquit; hunc enim » exitum plerique clari viri habuerunt Athenienses. »

¹ Agnonide. Ateniense, grande enemigo de Focion.

² Legibus. Segun las leyes de la república.

³ Exacerentur. Se incitasen de nuevo.

⁴ Legitimis quibusdam confectis. Habiendo practicado algunas formalidades legales.

⁵ Undecimviris. Una junta de once hombres, á cuyo cargo estaba conducir los reos al cadalso ó suplicio.

in hoc¹ tantum fuit odium multitudinis, ut nemo ausus sit eum liber sepelire: itaque a servis sepultus est.

XX.

TIMOLEON,

CORINTIO.

CAPÍTULO I.

Timoleon hace dar la muerte á su hermano Timófanes, el cual se habia hecho tirano de Corinto.

Timoleon, Corinthius. Sine dubio magnus, omnium iudicio, hic vir exstitit. Namque huic uni contigit quod nescio an ulli, ut et patriam, in quâ erat natus, oppressam a tyranno² liberaret, et a Syracusis, quibus auxilio erat missus; inveteratam servititem depelleret, totamque Siciliam multos annos bello vexatam, a barbarisque³ oppressam, suo adventu in pristinum restitueret. Sed in his rebus, non simplici fortunâ conflictatus est⁴; et, id quod difficilius putatur, multò sapientiùs tulit secundam quàm adversam

¹ In hoc. Modo de hablar de Nepote, por in hunc.

² Tyranno. Timófanes su hermano mayor.

³ Barbaris. Los Cartagineses en tiempo de los Dionisios mayor y menor.

⁴ Non simplici fortunâ conflictatus est. No fué igual ó uniforme, fué varia la fortuna que corrió.

ab Agnonide¹ accusatus, quòd Piræum Nicanori prodidisset, ex consilii sententiâ in custodiam coniectus, Athenas deductus est, ut ibi de eo legibus, fieret iudicium.

CAPÍTULO IV.

Focion condenado á muerte: unos esclavos le dan sepultura.

Huc ubi perventum est, quum propter ætatem pedibus jam non valeret, vehiculoque portaretur, magni concursus sunt facti, quum alii, reminiscetes veteris famæ, ætatis misererentur, plurimi verò irâ exacerentur² propter proditiõnis suspiciõnem Piræi, maximèque quòd adversus populi commoda in senectute steterat. Quâ de re ne perorandi quidem ei data est facultas et dicendi causam. Inde iudicio, legitimis quibusdam confectis³, damnatus, traditus est undecimviris⁴, quibus ad supplicium, more Atheniensium, publicè damnati tradi solent. Hic quum ad mortem duceretur, obvius ei fuit Emphyletus, quo familiariter fuerat usus. Is quum lacrymans dixisset: « O quam indigna perpeteris, Phocion! » huic ille, « At non inopinata, inquit; hunc enim » exitum plerique clari viri habuerunt Athenienses. »

¹ Agnonide. Ateniense, grande enemigo de Focion.

² Legibus. Segun las leyes de la república.

³ Exacerentur. Se incitasen de nuevo.

⁴ Legitimis quibusdam confectis. Habiendo practicado algunas formalidades legales.

⁵ Undecimviris. Una junta de once hombres, á cuyo cargo estaba conducir los reos al cadalso ó suplicio.

in hoc¹ tantum fuit odium multitudinis, ut nemo ausus sit eum liber sepelire: itaque a servis sepultus est.

XX.

TIMOLEON,

CORINTIO.

CAPÍTULO I.

Timoleon hace dar la muerte á su hermano Timófanes, el cual se habia hecho tirano de Corinto.

Timoleon, Corinthius. Sine dubio magnus, omnium iudicio, hic vir exstitit. Namque huic uni contigit quod nescio an ulli, ut et patriam, in quâ erat natus, oppressam a tyranno² liberaret, et a Syracusis, quibus auxilio erat missus; inveteratam servitute depelleret, totamque Siciliam multos annos bello vexatam, a barbarisque³ oppressam, suo adventu in pristinum restitueret. Sed in his rebus, non simplici fortunâ conflictatus est⁴; et, id quod difficilius putatur, multò sapientiùs tulit secundam quàm adversam

¹ In hoc. Modo de hablar de Nepote, por in hunc.

² Tyranno. Timófanes su hermano mayor.

³ Barbaris. Los Cartagineses en tiempo de los Dionisios mayor y menor.

⁴ Non simplici fortunâ conflictatus est. No fué igual ó uniforme, fué varia la fortuna que corrió.

fortunam : nam, quum frater ejus Timophanes, dux a Corinthiis delectus, tyrannidem per milites mercenarios¹ occupasset, particepsque regni posset esse, tantum abfuit a societate sceleris, ut antetulerit suorum civium libertatem fratris salutem, et parere legibus quam imperare patriæ satius duxerit. Hac mente, per haruspicum² communemque asfinem³, cui soror, ex eisdem parentibus nata, nupta erat, fratrem tyrannum interficiendum curavit. Ipse non modò manus non attulit, sed ne aspicere quidem fratrum sanguinem voluit. Nam, dum res conficeretur, procul in præsidio⁴ fuit, ne quis satelles⁵ posset succurrere. Hoc præclarissimum ejus facinus non pari modo probatum est ab omnibus : nonnulli enim læsam ab eo pietatem putabant, et invidiam laudem virtutis obtinebant⁶. Mater verò, post id factum, neque domum ad se filium admisit, neque adspexit, quin eum fratricidam impiumque detestans compellaret. Quibus rebus adeo ille est commotus, ut nonnunquam vitæ finem facere⁷ voluerit, atque ex ingratorum hominum conspectu morte decedere.

¹ Mercenarios. Venales, asalariados.

² Haruspicum. Agorero, ó intérprete de buenos y malos agüeros en las víctimas.

³ Communemque asfinem. Pariente de ambos hermanos.

⁴ In præsidio. En el cuerpo de guardia.

⁵ Ne quis satelles. Para que ninguno de los soldados.

⁶ Obtinebant. Deprimian.

⁷ Vitæ finem facere. Matarse.

CAPÍTULO II.

Timoleon, despues de haber echado á Dionisio de la Sicilia, le envia á Corinto : triunfa de Hicetas, pone en fuga á los Cartagineses, y hace prisionero á Mamerco. (Año 4 de la olimpiada cxiij, 545 antes de J. C.)

Interim, Dione¹ Syracusis interfecto, Dionysius rursus Syracusarum politus est. Cujus adversarii opem a Corinthiis petierunt, ducemque quo in bello uterentur, postularunt. Huc² Timoleon missus, incredibili felicitate Dionysium totá Sicilia depulit. Quum interficere posset, noluit; tutòque ut Corinthum perveniret, effecit (quòd utrorumque Dionysiorum opibus Corinthii sæpe adjuti fuerant; ejus benignitatis memoriam volebat exstare); eamque præclaram victoriam ducebat, in quâ plus esset clementiæ quàm crudelitatis : postremò, ut non solùm auribus acciperetur, sed etiam oculis cerneretur³, quem, et ex quanto regno, ad quam fortunam detrusisset⁴. Post Dionysii decessum, cum Hicetá⁵ bellavit, qui adversatus fuerat Dionysio; quem non odio tyrannidis dissensisse, sed cupiditate, indicio fuit, quòd ipse, expulso Dionysio, imperium dimit-

¹ Dione. Véase su vida.

² Huc. A Siracusa.

³ Oculis cerneretur. Hubiese testigos oculares ó de vista.

⁴ Ad quam fortunam detrusisset. A qué estado le habia reducido, hasta qué punto le habia humillado. En realidad Dionisio paró en maestro de niños en Corinto.

⁵ Hicetá. Competidor de Dionisio.

tere noluit. Hoc superato, Timoleon maximas copias Carthaginiensium apud Crimissum¹ flumen fugavit, ac satis habere coegit², si liceret Africam obtinere³, qui jam complures annos possessionem Siciliae tenebant. Cepit etiam Mamercum⁴, italicum ducem, hominem bellicosum et potentem, qui tyrannos adjutum in Siciliam venerat.

CAPÍTULO III.

Timoleon hace dimision del mando, despues de haber restablecido el orden en la isla.

Quibus rebus confectis, quum, propter diurnitatem belli, non solum regiones, sed etiam urbes desertas videret, conquistavit quos potuit primum Siculos; deinde Corintho recessivit colonos, quod ab his initio Syracusae erant conditae. Civibus veteribus sua restituit; novis bello vacuefactas⁵ possessiones divisit; urbium moenia disjecta, sanaque deserta refecit; civitatibus leges libertatemque reddidit; ex maximo bello tantum otium toti insulae conciliavit, ut hic conditor urbium earum, non illi qui initio deduxerant⁶, videretur. Arcem Syracusis, quam

¹ *Crimissum*. Rio de Sicilia.

² *Satis habere coegit*. Los forzó á tenerse por dichosos.

³ *Si liceret Africam obtinere*. En no perder ó en mantener el Africa. *Obtinere Africam*, puede tambien significar en llegar al Africa.

⁴ *Mamercum*. Tirano de Catania.

⁵ *Vacuefactas*. Sin dueños.

⁶ *Qui initio deduxerant*. Que condujeron las primeras colonias, los primeros pobladores.

muniverat Dionysius ad urbem obsidendam, a fundamentis disjecit: cetera tyrannidis propugnacula demolitus est; deditque operam ut quam minimè multa vestigia servitutis manerent. Quum tantis esset opibus, ut etiam invictis imperare posset, tantum autem haberet amorem omnium Siculorum, ut, nullo recusante, regnum obtineret, maluit se diligenti quam metui. Itaque, quum primum potuit, imperium deposuit; et privatus Syracusis, quod reliquum vitae fuit, vixit. Neque verò id imperitè¹ fecit: nam, quod ceteri reges imperio vix potuerunt, hic benevolentia tenuit. Nullus honos huic defuit; neque postea Syracusis res ulla gesta est publice, de qua prius sit decretum, quam Timoleontis sententia cognita. Nullius unquam consilium non modò antelatum, sed ne comparatum quidem est. Neque id magis benevolentia factum est, quam prudentia².

CAPÍTULO IV.

Timoleon, habiendo perdido la vista, continúa no obstante en tomar parte en los negocios del Estado.

Hic quum ætate jam propectus esset, sine ullo morbo lumina oculorum amisit. Quam calamitatem ita moderatè tulit, ut neque eum querentem quisquam audierit, neque eò minùs privatis publicisque

¹ *Imperitè*. Sin acuerdo, inconsideradamente.

² *Neque id magis benevolentia factum est, quam prudentia*. Ni este aprecio (de su consejo) dependia mas de lo bien querido que era, que de su prudencia.

rebus interfuerit. Veniebat autem in theatrum¹, quum ibi concilium populi haberetur, propter valetudinem vectus jumentis junctis²; atque ita de vehiculo³, quæ videbantur, dicebat; neque hoc illi quisquam tribuebat superbia. Nihil enim unquam neque insolens, neque gloriosum ex ore ejus exiit: qui quidem, quum suas laudes audiret prædicari, nunquam aliud dixit, quàm se in eâ re maximas diis gratias agere atque habere, quòd, quum Siciliam recreare constituissent, tum se potissimum ducem esse voluissent. Nihil enim rerum humanarum sine deorum numine⁴ geri putabat: itaque suæ domi sacellum *ἀπομυσίας*⁵ constituerat; idque sanctissimè colebat.

CAPÍTULO V.

Paciencia de Timoleon: su muerte. (Año 4 de la olimpiada cx, 557 antes de J. C.)

Ad hanc hominis excellentem bonitatem mirabiles accesserunt casus; nam prælia maxima natali die suo fecit omnia: quo factum est, ut ejus diem natalem festum haberet universa Sicilia. Huic quidam Lamestius, homo petulans⁶ et ingratus, vadimonium

¹ *In theatrum.* A las juntas ó asambleas del pueblo.

² *Jumentis junctis.* En una litera.

³ *De vehiculo.* Desde la litera.

⁴ *Sine deorum numine.* Sin providencia de los dioses.

⁵ *Ἀπομυσίας.* De la Fortuna, á la cual parece estaba dedicado el oratorio.

⁶ *Petulans.* Arroiado.

quum vellet imponere¹, quòd cum illo se lege agere² diceret, et complures concurrissent, qui procacitatem³ hominis manibus coercere⁴ conarentur, Timoleon oravit omnes ne id facerent: namque id ut Lamestio ceterisque liceret, se maximos labores summaque adiisse pericula: hanc enim speciem libertatis⁵ esse, si omnibus, quod quisque vellet, legibus experiri liceret. Idem, quum quidam Lamestii similis, nomine Demænetus, in concione populi de rebus gestis ejus detrahare cœpisset, ac nonnulla inveheretur⁶ in Timoleonta, dixit nunc demum se voti esse damnatum⁷; namque hæc a diis immortalibus semper precatum, ut talem libertatem restituerent Syracusanis, in quâ cuius liceret, de quo vellet, impunè dicere. Hic quum diem supremum obiisset, publicè a Syracusanis in gymnasio⁸, quod *Timoleonteum* appellatur, totâ celebrante Sicilia, sepultus est.

¹ *Vadimonium quum vellet imponere.* Queriendo citarlo para que compareciese en juicio.

² *Lege agere.* Obrar fundándose en la ley.

³ *Procacitatem.* Atrevimiento.

⁴ *Manibus coercere.* Echar las manos para contenerle.

⁵ *Speciem libertatis.* Prueba auténtica de que hay libertad.

⁶ *Nonnulla inveheretur.* Haciendo algunas invectivas.

⁷ *Se voti esse damnatum.* Que habia llegado al colmo de sus deseos. *Damnare aliquem voti, vel voto,* es condenar á alguno á que cumpla lo que ofreció, por cuanto alcanzó la cosa para cuyo logro hizo el voto. Este es el sentido; pero la frase castellana es la que se ha puesto.

⁸ *In gymnasio.* En la academia, que fundó él mismo, ó que él restableció, ó que fué erigida despues de su muerte, dándole su nombre.

XXI.

DE REGIBUS.

CAPÍTULO I.

De los más ilustres reyes de los persas.

Hi ferè fuerunt Græciæ gentis duces, qui memoriâ digni videantur, præter reges¹; namque eos attingere nolimus, quòd omnium res gestæ separatim² sunt relatæ. Neque tamen hi admodum sunt multi. Lacedæmonius autem Agesilaus, nomine, non potestate, fuit rex, sicut ceteri Spartani. Ex his verò qui dominatum imperio tenuerunt³, excellentissimi fuerunt, ut nos iudicamus, Persarum Cyrus, et Darius Hystaspis filius; quorum uterque, privatus, virtute regnum est adeptus. Prior horum apud Massagetarum⁴ in prælio cecidit. Darius senectute diem obiit supremum. Tres sunt præterea ejusdem generis⁵, Xerxes et duo Artaxerxes, Macrochir et Mnemon. Xerxi maxime est illustre, quòd maximis post hominum

¹ *Præter reges.* Sin contar los reyes.

² *Separatim.* Aparte. En otra obra que escribió Nepote, y no ha llegado á nosotros.

³ *Qui dominatum imperio tenuerunt.* Que tuvieron potestad absolutamente real.

⁴ *Massagetarum.* Pueblos junto al Ponto Euxino.

⁵ *Ejusdem generis.* También persas, como Darío y Ciro.

memoriam exercitibus terrâ marique bellum intulit Græciæ. At Macrochir præcipuam habet laudem amplissimæ pulcherrimæque corporis formæ, quam incredibili ornavit virtute belli: namque illo Perses nemo fuit manu fortior. Mnemon autem justitiæ famâ floruit. Nam quum matris suæ scelere amisisset uxorem, tantum indulisit dolori, ut eum pietas vinceret¹. Ex his duo, eodem nomine, morbo naturæ debitum reddiderunt; tertius ab Artabano præfecto ferro interemptus est.

CAPÍTULO II.

Filipo y Alejandro, reyes de Macedonia; Pirro, rey de Épiro; Dionisio, tirano de Siracusa.

Ex Macedonum autem genere, duo multò ceteros antecesserunt rerum gestarum gloriâ: Philippus, Amyntæ filius, et Alexander Magnus. Horum alter Babylone morbo consumptus est. Philippus Ægis a Pausaniâ, quum spectatum ludos iret, juxta theatrum occisus est. Unus epirotes², Pyrrhus, qui cum populo romano bellavit. Is quum Argos oppidum oppugnaret in Peloponneso, lapide ictus interiit. Unus item siculus, Dionysius prior. Nam et manu fortis, et belli peritus fuit; et, id quod in tyranno non facile reperitur, minimè libidinosus, non luxuriosus,

¹ *Tantum indulisit dolori, ut eum pietas vinceret.* Se dejó llevar del dolor en tales términos, que el amor para con su madre pudo mas que el sentimiento de la pérdida de su mujer.

² *Unus epirotes.* Uno solo entre los reyes de Épiro.

non avarus, nullius rei denique cupidus, nisi singularis perpetuique imperii¹, ob eamque rem crudelis. Nam, dum id studuit munire, nullius pepercit vitæ, quem ejus insidiatorem putaret. Hic quum virtute tyrannidem sibi peperisset, magnâ retinuit felicitate; majorque annos sexaginta natus, decessit, florente regno²: neque in tam multis annis, ejusquam ex suâ stirpe funus vidit³, quum ex tribus uxoribus liberos procreasset, multique ei nati essent nepotes.

CAPÍTULO III.

Antigono, Demetrio, Lisímaco, Seleuco y Ptolomeo, privados de Alejandro, que despues de su muerte gobernaron como reyes.

Fuerunt præterea multi reges ex amicis Alexandri Magni, qui post obitum ejus imperia ceperunt⁴. In his Antigonus, et hujus filius Demetrius; Lysimachus, Seleucus, Ptolemæus. Ex his Antigonus, quum adversus Seleucum Lysimachumque dimicaret, in prælio occisus est. Pari letho affectus est Lysimachus a Seleuco. Nam, societate dissoluta⁵, bellum inter se

¹ *Singularis perpetuique imperii.* De mandar él solo, y de mantenerse siempre en el mando.

² *Florente regno.* Dejando su reino en el mayor auge.

³ *Cujusquam ex suâ stirpe funus vidit.* Alcanzó la muerte de alguno de sus descendientes, ó vió morir á alguno de sus descendientes.

⁴ *Imperia ceperunt.* Se apoderaron de algunos estados.

⁵ *Societate dissoluta.* Habiendo roto entre sí, ó habiéndose desavenido.

gesserunt. At Demetrius, quum filiam suam Seleuco in matrimonium dedisset, neque eo magis fida inter eos amicitia manere potuisset, captus bello, in custodia socer generi⁴, periit morbo. Neque ita multo post, Seleucus a Ptolemæo Cerauno² dolo interfectus est; quem ille a patre expulsam Alexandriâ, alienarum opum³ indigentem, receperat: ipse autem Ptolemæus, quum vivus filio regnum tradidisset, ab illo eodem vitâ privatus dicitur. De quibus quoniam satis dictum putamus, non incommodum videtur non præterire Hamilcarem et Hannibalem, quos et animi magnitudine et calliditate omnes in Africâ natos præstitisse constat.

⁴ *In custodia socer generi.* Teniendo preso el yerno al suegro.

² *Cerauno.* Llamábase Ceraunos, que significa rayo, porque era, como decimos en nuestra lengua, un rayo de Marte.

³ *Opum.* Tropas.

XXII.

HAMILCAR,
CARTAGINÉS.

CAPÍTULO I.

Destreza con que Hamílcar defiende la ciudad de Érix.
(Año 515 de la fundacion de Roma, 244 antes de J. C.)

Hamílcar¹, Hannibalis filius, cognomine Barcas, Carthaginiensis, primo punico bello², sed temporibus extremis, admodum adolescentulus³, in Sicilia præesse cœpit exercitui. Quum ante ejus adventum et mari et terrâ malè res gererentur Carthaginiensium, ipse, ubi adfuit, nunquam hosti cessit, neque locum nocendi dedit; sæpeque e contrario, occasione datâ, lacessivit, semperque superior discessit. Quo facto, quum pene omnia in Sicilia Pœni⁴ amisissent,

¹ *Hamílcar*. En lengua cartaginesa significa *rey*, y su sobrenombre *Barcas* quiere decir *rayo*, como se ha dicho de *Ceraunos*.

² *Primo punico bello*. Tres fueron las guerras púnicas, ó que los Cartagineses hicieron á los Romanos. La primera empezó el año 489 de la fundacion de Roma; la segunda el año de 556, y la tercera el año 605.

³ *Admodum adolescentulus*. Todavía muy jóven.

⁴ *Pœni*. Los Cartagineses, llamados así, porque descendian de los Fenicios, habiéndose corrompido la voz.

ille Erycem⁴ sic defendit, ut bellum eo loco gestum non videretur. Interim Carthaginienses, classe apud insulas Ægates² a Caio Lutatio, consule Romanorum, superati, statuerunt belli finem facere; eamque rem arbitrio permiserunt Hamílcaris. Ille, etsi flagrabat bellandi cupiditate, tamen paci serviendum putavit, quòd patriam, exhaustam sumptibus, diutiùs calamitates belli ferre non posse intelligebat; sed ita ut statim mente agitare, si paulùm modò res essent reffectæ, bellum renovare, Romanosque armis persequi, donecùm aut certè vicissent, aut victi manus dedissent. Hoc consilio pacem conciliavit; in quâ tantâ fuit ferociâ, quum Catulus negaret se bellum compositurum, nisi ille cum suis, qui Erycem tenerant, armis relictis, Sicilia decederent, ut, succumbente patriâ, ipse periturum se potiùs dixerit, quàm cum tanto flagitio domum rediret. Non enim suæ esse virtutis arma, a patriâ accepta adversus hostes, adversariis tradere. Hujus pertinaciæ³ cessit Catulus.

CAPÍTULO II.

Hamílcar, despues de haber ahuyentado ó exterminado á los sublevados, extiende los limites del imperio de Cartago.

At ille, ut Carthagem venit, multò aliter ac sperabat, rempublicam se habentem cognovit. Namque

⁴ *Erycem*. Castillo puesto sobre un monte muy alto en Sicilia, entre Trapani y Palermo.

² *Apud insulas Ægates*. En la altura de las islas Egates. Estas islas están entre la Sicilia y el Africa.

³ *Pertinaciæ*. A su teson.

diuturnitate externi mali tantum exarsit intestinum¹ bellum, ut nunquam pari in periculo fuerit Carthago, nisi quum deleta est². Primò mercenarii milites, qui adversus Romanos fuerant, desciverunt; quorum numerus erat viginti millium. Hi totam abalienarunt³ Africam; ipsam Carthaginem oppugnarunt. Quibus malis adeo sunt Pœni perterriti, ut auxilia etiam a Romanis petiverint, eaque impetrarint. Sed extremò⁴, quum prope jam ad desperationem pervenissent, Hamilcarem imperatorem fecerunt. Is non solum hostes a muris Carthaginis removit, quum amplius centum millia facta essent⁵ armorum; sed etiam eò compulit, ut, locorum angustiis clausi, plures fame quam ferro interirent: omnia oppida abalienata, in his Uticam⁶ alque Hipponem⁷, valentissima totius Africæ, restituit patriæ. Neque eo fuit contentus, sed etiam fines imperii propagavit. Totâ Africâ tantum otium reddidit, ut nullum in eâ bellum videretur multis annis fuisse.

¹ *Intestinum*. Civil.

² *Quum deleta est*. Cuando fué arruinada. Arruinó á Cartago P. Escipion, llamado por esto el *Africano*.

³ *Abalienarunt*. Hicieron que se rebelase.

⁴ *Extremò*. Al cabo.

⁵ *Facta essent*. Se habian llegado á juntar.

⁶ *Uticam*. Ciudad no distante de Cartago.

⁷ *Hipponem*. Así llamada por el promontorio de Hipo, que está cerca de ella.

CAPÍTULO III.

Hamilcar, enviado á España, lleva consigo á su hijo Hanibal, y á su yerno Hasdrúbal. Su muerte. (Año 516 de la fundacion de Roma, 258 antes de J. C.)

Rebus his ex sententiâ peractis, fidenti animo atque infesto Romanis, quò facilius causam bellandi reperiret, effecit ut imperator cum exercitu in Hispaniam mitteretur; eoque secum duxit filium Hannibalem, annorum novem. Erat præterea cum illo adolescens illustris Hasdrubal, cui ille filiam suam in matrimonium dederat. De hoc ideo mentionem facimus, quòd, Hamilcare occiso, ille exercitui præfuit, resque maximas gessit, et princeps¹ largitione² velustos pervertit mores Carthaginensium; ejusdemque post mortem, Hannibal ab exercitu accepit imperium³.

CAPÍTULO IV.

Hamilcar muere en España en un combate contra los Estreñenos. (Año 525 de la fundacion de Roma, 229 antes de J. C.)

Al Hamilcar, posteaquam mare transiit, in Hispaniamque venit, magnas res secundâ gessit fortunâ; maximas bellicosissimasque gentes⁴ subegit; equis,

¹ *Princeps*. Fué el primero.

² *Largitione*. Con sus profusiones.

³ *Hannibal ab exercitu accepit imperium*. El ejército proclamó por general á Hanibal.

⁴ *Maximas bellicosissimasque gentes*. Pueblos muy considerables y aguerridos. Sujetó los pueblos de los contornos de Cádiz, la Bética, Murcia, y despues la Cataluña.

armis, viris, pecuniâ, totam locupletavit Africam. Hic quum in Italiam bellum inferre meditaretur, nono anno postquam in Hispaniam venerat, in prælio pugnans adversûs Vettones¹, occisus est. Hujus perpetuum odium erga Romanos maximè concitasse videtur secundum bellum punicum: namque Hannibal, filius ejus, assiduis patris obstationibus² eò perductus est, ut interire, quàm Romanos non experiri³, mallet.

XXIII.

HANÍBAL,
CARTAGINÉS.

CAPÍTULO I.

Hanibal excedió en prudencia á los demás generales. — Es perseguido por la envidia de sus conciudadanos. Su odio contra los Romanos.

Hannibal, Hamilcaris filius, Carthaginiensis. Si verum est, quod nemo dubitat, ut⁴ populus romanus

¹ *Vettones*. Estremenos. Esto tiene su dificultad atendida la historia de España, segun la cual parece que esta batalla fué con los Edetanos ó Valencianos.

² *Obstationibus*, Amonestaciones, ruegos.

³ *Quàm Romanos non experiri*. Que el no probar las armas con los Romanos.

⁴ *Ut*. Que. Cicron pro S. Roscio dico: non est verisimile ut.

omnes gentes virtute superarit, non est inficiandum Hannibalem tantò præstitisse ceteros imperatores prudentiâ, quantò populus romanus antecedit fortitudine cunctas nationes. Nam quotiescumque cum eo congressus est in Italiâ, semper discessit superior. Quòd nisi domi civium suorum invidiâ debilitatus esset¹, Romanos videretur superare potuisse; sed multorum obtrectatio² devicit unius virtutem³. Hic autem, velut hereditate relictum, odium paternum erga Romanos sic conservavit, ut priûs animam quàm id deposuerit⁴: qui quidem quum patriâ pulsus esset, et alienarum opum indigeret, nunquam destiterit animo bellare cum Romanis.

CAPÍTULO II.

Hanibal hace entrar en sus planes á Filipo y á Antiocho contra los Romanos, por el odio que les tiene y que habia heredado de su padre.

Nam, ut omittam Philippum⁵, quem absens hostem reddidit Romanis, omnium his temporibus po-

¹ *Quòd nisi domi civium suorum invidiâ debilitatus esset*. Si la envidia de sus compatriotas no le hubiera sido de estorbo ú obstáculo.

² *Obtrectatio*. La mala voluntad, la persecucion.

³ *Devicit unius virtutem*. Pudo mas que el valor de uno solo.

⁴ *Ut priûs animam quàm id deposuerit*. Que dejó antes de vivir que de aborrecerlos.

⁵ *Philippum*. Rey de Macedonia, quinto de este nombre.

armis, viris, pecuniâ, totam locupletavit Africam. Hic quum in Italiam bellum inferre meditaretur, nono anno postquam in Hispaniam venerat, in prælio pugnans adversûs Vettones¹, occisus est. Hujus perpetuum odium erga Romanos maximè concitasse videtur secundum bellum punicum: namque Hannibal, filius ejus, assiduis patris obstationibus² eò perductus est, ut interire, quàm Romanos non experiri³, mallet.

XXIII.

HANÍBAL,
CARTAGINÉS.

CAPÍTULO I.

Hanibal excedió en prudencia á los demás generales. — Es perseguido por la envidia de sus conciudadanos. Su odio contra los Romanos.

Hannibal, Hamilcaris filius, Carthaginiensis. Si verum est, quod nemo dubitat, ut⁴ populus romanus

¹ *Vettones*. Estremenos. Esto tiene su dificultad atendida la historia de España, segun la cual parece que esta batalla fué con los Edetanos ó Valencianos.

² *Obstationibus*, Amonestaciones, ruegos.

³ *Quàm Romanos non experiri*. Que el no probar las armas con los Romanos.

⁴ *Ut*. Que. Cicron pro S. Roscio dico: non est verisimile ut.

omnes gentes virtute superarit, non est inficiandum Hannibalem tantò præstitisse ceteros imperatores prudentiâ, quantò populus romanus antecedit fortitudine cunctas nationes. Nam quotiescumque cum eo congressus est in Italiâ, semper discessit superior. Quòd nisi domi civium suorum invidiâ debilitatus esset¹, Romanos videretur superare potuisse; sed multorum obtrectatio² devicit unius virtutem³. Hic autem, velut hereditate relictum, odium paternum erga Romanos sic conservavit, ut priûs animam quàm id deposuerit⁴: qui quidem quum patriâ pulsus esset, et alienarum opum indigeret, nunquam destiterit animo bellare cum Romanis.

CAPÍTULO II.

Hanibal hace entrar en sus planes á Filipo y á Antiocho contra los Romanos, por el odio que les tiene y que habia heredado de su padre.

Nam, ut omittam Philippum⁵, quem absens hostem reddidit Romanis, omnium his temporibus po-

¹ *Quòd nisi domi civium suorum invidiâ debilitatus esset*. Si la envidia de sus compatriotas no le hubiera sido de estorbo ú obstáculo.

² *Obtrectatio*. La mala voluntad, la persecucion.

³ *Devicit unius virtutem*. Pudo mas que el valor de uno solo.

⁴ *Ut priûs animam quàm id deposuerit*. Que dejó antes de vivir que de aborrecerlos.

⁵ *Philippum*. Rey de Macedonia, quinto de este nombre.

tentissimus rex Antiochus¹ fuit. Hunc tantâ cupiditate incendit bellandi, ut usque a Rubro mari armatus sit inferre Italiæ. Ad quem quum legati venissent romani, qui de voluntate ejus explorarent, darentque operam consiliis clandestinis, ut Hannibalem in suspicionem regi adducerent, tanquam ab ipsis corruptum, alia atque antea sentire, neque id frustra fecissent²; idque Hannibal comperisset, seque ab interioribus consiliis segregari³ vidisset; tempore dato adit ad regem, eique quum multa de fide suâ et odio in Romanos commemorasset, hoc adjunxit: « Pater, inquit, meus Hamilcar, puerulo me, utpote non amplius novem annos nato, in Hispaniam imperator proficiscens Carthagine, Jovi Optimo Maximo hostias immolavit. Quæ divina res dum conficiebatur, quæsivit a me velemne secum in castra proficisci⁴. Id quum libenter accepissem, atque ab eo petere cœpisssem, ne dubitaret⁵ ducere; tum ille: Faciam, inquit, si fidem mihi, quam postulo, dederis. Simul me ad aram adduxit, apud quam sacrificare instituerat⁶; eamque, ceteris remotis, tenentem jurare jussit, nunquam me in amicitia cum Romanis fore. Id ego jusjuram-

¹ Antiochus. Llamado el Magno, rey de Asia, Sirja, Media y Persia.

² Neque id frustra fecissent. Y habiendo logrado su intento.

³ Ab interioribus consiliis segregari. Que no le comunicaba como antes sus mas secretos designios.

⁴ In castra proficisci. Salir á campaña.

⁵ Ne dubitaret. Que no se detuviese.

⁶ Instituerat. Habia empezado.

» dum patri datum usque ad hanc ætatem ita con-
 » servavi, ut nemini dubium esse debeat, quin
 » reliquo tempore eadem mente sim futurus. Quare,
 » si quid amicè de Romanis cogitabis, non impru-
 » denter feceris, si me celaris; quum quidem bellum
 » parabis, te ipsum frustraberis¹, si non me in eo
 » principem² posueris. »

CAPÍTULO III.

Hanibal, nombrado general, sujeta á España, toma á Sagunto, y llega á Italia pasando por los Pirineos y los Alpes. (Año 336 de la fundacion de Roma, 218 antes de J. C.)

Hac igitur, quâ diximus, ætate cum patre in Hispaniam profectus est. Cujus post obitum, Hasdrubale imperatore suffecto, equitatu omni præfuit. Hoc quoque interfecto, exercitus summam imperii ad eum detulit. Id Carthaginem delatum, publicè comprobatum est. Sic Hannibal, minor quinque et viginti annis natus, imperator factus, proximo triennio³ omnes⁴ gentes Hispaniæ bello subegit; Saguntum⁵, fœderatam⁶ civitatem, vi expugnavit;

¹ Te ipsum frustraberis. Obrarás contra tus mismos intereses.

² Principem. Por el principal.

³ Proximo triennio. En los tres primeros años.

⁴ Omnes. Esto es muy disputable.

⁵ Saguntum. Ciudad bien celebrada. No tanto la arrasó Hanibal, quanto sus mismos ciudadanos, matándose y quemándose por no verse en manos de Hanibal.

⁶ Fœderatam. Aliada de los Romanos.

tres exercitus maximos comparavit. Ex his unum in Africam misit, alterum cum Hasdrubale¹ fratre in Hispaniâ reliquit, tertium in Italiam secum duxit. Saltum Pyrenæum² transiit; quâcumque iter fecit, cum omnibus incolis conflixit; neminem nisi victum dimisit. Ad Alpes³ posteaquam venit, quæ Italiam a Galliâ sejungunt, quas nemo unquam cum exercitu ante enim, præter Herculem Graium, transierat (quo facto is hodiè *Saltus Graius*⁴ appellatur); Alpico⁵, conantes prohibere transitu, concidit⁶; loca patefecit, itinera muniit, effecitque ut eâ elephantus ornatus⁷ ire posset, quâ antea unus homo inermis vix poterat reperere. Hac copias traduxit, in Italiamque pervenit.

¹ *Hasdrubale*. Este Hasdrúbal era hermano, y el otro cuñado de Haníbal.

² *Saltum Pyrenæum*. Los Pirineos, que dividen la España de la Francia.

³ *Alpes*. Montes así llamados de *alpus*, que en lengua sabina es lo mismo que *albus*, por lo blancos que suelen estar con tanta nieve.

⁴ *Graius*. Tambien se han llamado *Fœninae Alpes*, por el paso de los Cartagineses.

⁵ *Alpico*. Los pueblos de aquellas montañas.

⁶ *Concidit*. Pasó á cuchillo.

⁷ *Ornatus*. Con todos sus aparejos y carga.

CAPÍTULO IV.

Hanibal vence á los Romanos cerca del Ródano, del Po, del Trebia, del lago Trasimeno y del pueblo de Canas.

Confluxerat apud Rhodanum¹ cum Publio Cornelio Scipione consule, eumque pepulerat. Cum hoc eodem de Clastidio² apud Padum³ decernit, saucium inde ac fugatum dimittit. Tertio, idem Scipio eum collegâ Tiberio Longo ad Trebiam⁴ adversus eum venit: cum his manum conseruit; utrosque profligavit. Inde, per Ligures⁵ Apenninum⁶ transiit, petens Etruriam⁷. Hoc itinere adeo gravi morbo afficitur oculorum, ut postea nunquam dextero æquè bene usus sit. Quâ valetudine quum etiam nunc premeretur, lecticâque ferretur, C. Flaminium consulem, apud Trasimenum⁸ cum exercitu insidiis circum-

¹ *Rhodanum*. Rio bien conocido, que tiene su origen en el lago de Ginebra, y corre por buena parte de la Francia. Algunos niegan que esta primera batalla se diese junto al Ródano.

² *De Clastidio*. Ciudad que hoy se llama *Chiaslegio*, en la jurisdicción de Pavia.

³ *Padum*. El rio Po, que riega mucha parte de Italia.

⁴ *Trebiam*. El rio Trebia, que desde el Apenino corre á meterse en el Po.

⁵ *Ligures*. El Monferrato y Genovesado.

⁶ *Apenninum*. Monte que se extiende por Italia.

⁷ *Etruriam*. La Etruria ó la Toscana.

⁸ *Trasimenum*. Lago de este nombre, llamado ahora da *Perosa*.

ventum, occidit; neque multò post C. Centeniura prælorem, cum delectà manu saltus occupantem. Hinc in Apuliam¹ pervenit. Ibi obviam ei venerunt duo consules, C. Terentius [Varro] et L. Paulus Æmilius: utriusque exercitus uno prælio fugavit; L. Paulum consulem occidit, et aliquot præterea consulares², in his Cn. Servilium Geminum, qui anno superiore fuerat consul.

CAPÍTULO V.

Hanibal burla á Fabio con un ardid, y sale vencedor de Rufo, de Graco y de Marcelo.

Hac pugna pugnata, Romam profectus est, nullo resistente: in propinquis urbis montibus moratus est. Quum aliquot ibi dies castra habuisset, et reverteretur Capuam³, Q. Fabius⁴ Maximus, dictator⁵ romanus, in agro Falerno⁶ ei se objecit. Hic, clausus locorum angustiis, noctu, sine ullo detrimento exercitus, se expedivit. Fabio, callidissimo imperatori, verba dedit⁷: namque obducta nocte, sarmenta in cornibus juvencorum deligata incendit, ejusque

¹ *Apuliam*. Provincia del reino de Nápoles.

² *Consulares*. Que habian sido consules.

³ *Capuam*. Ciudad de la Campania.

⁴ *Q. Fabius*. Llamado *Cunctator*.

⁵ *Dictator*. Magistrado que creaban en los peligros extraordinarios.

⁶ *In agro Falerno*. País de la Campania, célebre por los vinos.

⁷ *Verba dedit*. Engañó.

generis multitudinem magnam dispalatam¹ immisit. Quo repentino objectu² viso, tantum terrorem iniecit exercitui Romanorum, ut egredi extra vallum nemo sil ausus. Hanc post rem gestam non ita multis diebus, M. Minucium Rufum, magistrum equitum³, pari ac dictatorem imperio, dolo productum⁴ in prælium, fugavit. Tiberium Sempronium Gracchum, iterum consulem, in Lucanis⁵ absens⁶, in insidiis inductum, sustulit⁷. Marcum Claudium Marcellum, quinquies consulem, apud Venusiam⁸ pari modo interfecit. Longum est enumerare prælia: quare hoc unum satis erit dictum, ex quo intelligi possit quantus ille fuerit. Quamdiu in Italiã fuit, nemo ei in acie restitit; nemo adversus eum, post cannensem victoriam⁹, in campo castra posuit.

¹ *Dispalatam*. Esparcida, sin órden.

² *Objectu*. Espectáculo.

³ *Magistrum equitum*. General de la caballería.

⁴ *Dolo productum*. Empeñado con maña.

⁵ *In Lucanis*. Lucania, provincia que era de Italia.

⁶ *Absens*. Aunque aun estaba distante.

⁷ *Sustulit*. Le hizo perecer.

⁸ *Venusiam*. Venusia, ciudad de la Pulla.

⁹ *Cannensem victoriam*. La batalla de Canas en la Pulla.

En la batalla de Canas es donde Hanibal dió una famosa derrota á los Romanos.

CAPÍTULO VI.

Llamado Hanibal al Africa para defender á su patria, es vendido en Zama por Escipion. (Año 541 de la fundacion de Roma, 205 antes de J. C.)

Hic in victus, patriam defensum revocatus, bellum gessit adversus P. Scipionem, filium¹ ejus, quem ipse primum apud Rhodanum, iterum apud Padum, tertio apud Trebiam fugaverat. Cum hoc, exhaustis jam patriæ facultatibus, cupivit impræsentiarum² bellum componere, quò valentior postea congredetur. In colloquium convenit; conditiones non convenerunt. Post id factum paucis diebus, apud Zamam³ cum eodem confligit: pulsus (incredibile dictu) biduo et duabus noctibus Adrumetum⁴ pervenit, quod abest a Zamá circiter millia passuum trecenta. In hac fugá, Numidæ⁵, qui simul cum eo ex acie excesserant⁶, insidiati sunt ei: quos non solum effugit, sed etiam ipsos oppressit. Adrumeti reliquos ex fugá collegit; novis delectibus, paucis diebus, multos contraxit.

¹ P. Scipionem, filium. Este hijo de P. Escipion vino á ser con el tiempo Escipion el Africano.

² Impræsentiarum. Al presente.

³ Zamam. Capital de Juba en la Numidia.

⁴ Adrumetum. Ciudad en la costa de Africa, hoy Tunez.

⁵ Numidæ. Los Númidas, naturales de la parte de Africa llamada Numidia.

⁶ Excesserant. Se habian retirado.

CAPÍTULO VII.

Hanibal, despues de haber ajustado la paz, se acoge al rey Antioco, por temor de ser entregado á los Romanos. (Año 540 de la fundacion de Roma, 202 antes de J. C.)

Quum in apparando acerrimè esset occupatus, Carthaginienses bellum cum Romanis composuerunt. Ille nihilò secius exercitui postea præfuit, resque in Africá gessit: itemque Mago frater ejus, usque ad P. Sulpicium et C. Aurelium consules. His enim magistratibus¹, legati carthaginienses Romam venerunt, qui senatui populoque romano gratias agerent, quòd cum his pacem fecissent, ob eamque rem coroná aureá eos donarent; simulque peterent ut obsides eorum Fregellis² essent, captivique redderentur. His ex senatús consulto responsum est: « Munus » eorum gratum acceptumque esse; obsides, quo » loco rogarent, futuros; captivos non remissuros, » quòd Hannibalem, cujus operá bellum susceptum » foret, inimicissimum nomini romano, etiam nunc » cum imperio apud exercitum haberent, itemque » fratrem ejus Magonem. » Hoc responso Carthaginienses cognito, Hannibalem domum Magonemque revocarunt. Hic, ut rediit, prætor³ factus est, postquam rex fuerat anno secundo et vicesimo. Ut enim Romæ consules, sic Carthagine quotannis annui bini

¹ His magistratibus. Siendo estos magistrados.

² Fregellis. Fregelas, ciudad de la Campania.

³ Prætor. Gobernador. Esta parece ser aquí la significacion.

reges creabantur. In eo magistratu pari diligentia se Hannibal praeiuit, ac fuerat in bello. Namque effecit, ex novis vectigalibus¹ non solum ut esset pecunia quae Romanis ex foedere² penderetur, sed etiam superesset, quae in aerario reponeretur. Deinde, anno post praeturae, M. Claudio, L. Furio consulibus, romani legati Carthaginem venerunt. Hos Hannibal sui exposcendi gratia missos ratus, priusquam his senatus daretur³, navem conscendit clam, atque in Syriam ad Antiochum profugit. Haec re palam facta, Pœni naves duas quae eum comprehenderent, si possent consequi, miserunt; bona eius publicarunt; domum a fundamentis disjecerunt; ipsum exsulem iudicarunt.

CAPÍTULO VIII.

Hannibal excita en vano á los Cartagineses á que vuelvan á tomar las armas.

At Hannibal, anno tertio postquam domo profugerat, L. Cornelio, Q. Minucio consulibus, cum quinque navibus Africam accessit, in sinibus Cyrenæorum⁴, si forte Carthaginenses ad bellum, Antiochi spe fiduciaque, inducere posset: cui jam persuaserat ut cum exercitibus in Italiam proficis-

¹ *Ex novis vectigalibus.* Con los tributos que de nuevo se habian impuesto.

² *Ex foedere.* Segun lo pactado.

³ *Priusquam his senatus daretur.* Antes que se les diese audiencia en el senado.

⁴ *Cyrenæorum.* Ciudad de Africa.

ceretur. Huc Magonem fratrem excivit¹. Id ubi Pœni resciverunt, Magonem eadem, quae fratrem absentem, pœnâ affecerunt. Illi, desperatis rebus, quum solvissent naves, ac vela ventis dedissent, Hannibal ad Antiochum pervenit. De Magonis interitu duplex memoria prodita est; namque alii naufragio, alii a servis ipsius interfectum eum, scriptum reliquerunt. Antiochus autem, si tam in agendo bello parere vultisset consiliis ejus, quam in suscipiendo instituerat, propius Tiberi quam Thermopylis² de summâ Imperii dimicasset. Quem etsi multa stultè conari videbat, tamen nullâ deseruit in re. Praefuit paucis navibus, quas ex Syria iussus erat in Asiam ducere; hisque adversus Rhodiorum³ classem in Pamphylia mari conflixit. Quo quum multitudine adversariorum sui superarentur, ipse, quo cornu rem gessit, fuit superior.

¹ *Huc Magonem fratrem excivit.* Habia hecho entrar en este partido á su hermano Magon. Parece que tuvo dos hermanos de este nombre.

² *Propius Tiberi quam Thermopylis.* Mas cerca del Tiber que del estrecho de las Termópilas. Hannibal queria que Antiocho atacase á los Romanos en Italia: pero Antiocho los atacó en las gargantas del monte Eta en la Tesalia. Estas gargantas se llaman *Thermopylae*.

³ *Rhodiorum.* De los de Rodas.

CAPÍTULO IX.

Hanibal, despues de la derrota de Antiocho, burla la avaricia de los Cretenses.

Antiocho fugato¹, verens ne dederetur² (quod sine dubio accidisset, si sui fecisset potestatem³), Cretam⁴ ad Gortynios⁵ venit, ut ibi, quò se conferret, consideraret. Vidit autem vir omnium callidissimus, magno se fore in periculo, nisi quid providisset, propter avaritiam Cretensium. Magnam enim secum pecuniam portabat, de qua sciebat exisse famam. Itaque capit tale consilium: amphoras complures complet plumbo; summas operit auro et argento⁶. Has, presentibus principibus, deponit in templo Dianæ, simulans se suas fortunas illorum fidei credere. His in errorem inductis, statuas æneas, quas secum portabat, omnes suâ pecuniâ complet,

¹ *Antiocho fugato*. Habiendo batido los Romanos á Antiocho.

² *Ne dederetur*. El ser entregado á los Romanos.

³ *Si sui fecisset potestatem*. Si no se hubiese recatado, si no se hubiese escapado, si hubiese esperado que se apoderasen de su persona. En general, y segun el Diccionario, *facere sui potestatem* significa dar audiencia, dejarse ver ó hablar fácilmente, ser accesible.

⁴ *Cretam*. Isla cãebre, y de que tanto hablan los poetas.

⁵ *Gortynios*. Gortina, segun varios capital de Creta, hoy Candia.

⁶ *Summas operit auro et argento*. Por encima las doró y plateó, y les puso tapones de plata y oro.

easque in propatulo¹ domi abjicit². Gortyniitemplum magnâ curâ custodiunt, non tam a ceteris quàm ab Hannibale, ne quid ille, inscientibus his, tolleret, secumque duceret.

CAPÍTULO X.

Hanibal va á encontrar al rey Prusias, y consigue que se declare contra los Romanos. Estos favorecian á Eumenes, contra el cual Hanibal usa de un ardid para destruirle.

Sic conservatis suis rebus, Pœnus, illis Cretensibus omnibus, ad Prusiam³ in Pontum pervenit: apud quem eodem animo fuit erga Italiam; neque aliud quidquam egit, quàm regem armavit et exercuit⁴ adversus Romanos. Quem quum videret domesticis rebus minùs esse robustum, conciliabat ceteros reges, adjungebatque bellicosas nationes. Dissidebat ab eo pergamenus rex Eumenes⁵, Romanis amicissimus, bellumque inter illos gerebatur et mari et terrâ: quo magis cupiebat eum Hannibal opprimi. Sed utrobique Eumenes plus valebat propter Romanorum societatem: quem si removisset, faciliora sibi cetera fore arbitrabatur. Ad hunc interficiendum talem inivit rationem. Classe paucis diebus erant decreturi; superabatur navium multitudine; dolo erat pugnandum, quum par non esset armis. Impe-

¹ *In propatulo*. En público.

² *Abjicit*. Las amontonó, las hizo tender.

³ *Prusiam*. Prusias, rey de Bitinia.

⁴ *Exercuit*. Le amaestró.

⁵ *Eumenes*. Rey de Pérgamo en el Asia.

ravit quàm plurimas venenatas¹ serpentes vivas colligi, easque in vasa fictilia² conjici. Harum quum confecisset magnam multitudinem, die ipso, quo facturus erat navale prælium, classarios convocat, hisque præcipit ut omnes in unam Eumenis regis concurrant navem, a ceteris tantùm satis habeant se defendere; id faciliè illos serpentium multitudine consecuturos. Rex autem quâ nave veleretur ut scirent, se facturum: quem si aut cepissent, aut interfecissent, magno his pollicetur id præmio fore.

CAPÍTULO XI.

Hanibal, peleando con Eumenes, arroja en sus naves unas ollas de barro llenas de serpientes.

Tali cohortatione militum factâ, classis ab utrisque in prælium deducitur: quarum acie constitutâ, priusquam signum pugnae daretur, Hannibal, ut palam faceret suis quo loco Eumenes esset, tabellarium in scaphâ cum caduceo mittit³; qui, ubi ad naves adversariorum pervenit, epistolam ostendens, se regem professus est quærere. Statim ad Eumenem deductus est, quod nemo dubitabat aliquid de pace esse scriptum. Tabellarius, ducis nave declarata suis,

¹ *Venenatas.* Bajo el nombre de serpientes se pueden entender otras varias sabandijas ponzoñosas.

² *Fictilia.* De barro.

³ *Tabellarium in scaphâ cum caduceo mittit.* Le envía un rey de armas con una carta en un esquite, lo que ahora se llama un tambor. *Caduceo* es la vara semejante á la de Mercurio, de que tanto hablan los poetas.

còdem unde ierat se recepit. At Eumenes, solutâ epistolâ, nihil in eâ reperit, nisi quod ad irridendum eum pertineret¹. Cujus etsi causam mirabatur, neque reperiebatur, tamen prælium statim committere non dubitavit. Horum in concursu, Bithynii, Hannibalis præcepto, universi navem Eumenis adoriuntur. Quorum vim quum rex sustinere non posset, fugâ salutem petiit, quam consecutus non esset, nisi intra sua præsidia² se recepisset, quæ in proximo littore erant collocata. Reliquæ pergamenæ naves, quum adversarios premerent acrius, repenti in eas vasa fictilia, de quibus suprâ mentionem fecimus, conjici cœpta sunt. Quæ jacta initio risum pugnantibus concitarunt; neque, quare id fieret, poterat intelligi. Postquam autem naves completas conspexerunt serpentibus, novâ re perterriti, quum quid potissimum vitarent non viderent, puppes averterunt³, seque ad sua castra nautica⁴ retulerunt. Sic Hannibal consilio arma Pergamenorum superavit; neque tum solùm, sed sæpe aliàs, pedestribus copiis, pari prudentiâ pepulit adversarios.

¹ *Nisi quod ad irridendum eum pertineret.* Nada sino chanzas ó burlas contra su persona.

² *Præsidia.* Fortalezas.

³ *Puppes averterunt.* Volvieron proas.

⁴ *Ad sua castra nautica.* Véase el cap. 8 de la vida de Alcibiades, donde se explica la significacion de *castra nautica*.

CAPÍTULO XII.

Hannibal se envenena para no caer vivo en poder de los Romanos. (Año 572 de la fundacion de Roma, 182 antes de J. C.)

Quæ dum in Asiâ geruntur, accidit casu, ut legati Prusiæ¹ Romæ apud L. Quintium Flaminium consularem cœnarent; atque ibi de Hannibale mentione factâ, ex his unus diceret eum in Prusiæ regno esse. Id postero die Flamininus senatui detulit. Patres conscripti, qui, Hannibale vivo, nunquam se sine insidiis futuros existimabant, legatos in Bithyniam miserunt, in his Flaminium, qui a rege peterent ne inimicissimum suum secum haberet, sibi que ut dederet. His Prusias negare ausus non est; illud recusavit, « ne id a se fieri postularent, quod adversus » jus hospitii esset: ipsi, si possent, comprehenderent; locum, ubi esset, facile inventuros. » Hannibal enim uno loco se tenebat, in castello² quod ei ab rege datum erat muneri; idque sic ædificarat, ut in omnibus partibus ædificii exitum sibi haberet, semper verens ne usu veniret quod accidit. Huc quum legati Romanorum venissent, ac multitudine domum ejus circumdedissent, puer, ab januâ prospiciens, Hannibali dixit plures præter consuetudinem armatos apparere. Qui imperavit ei ut omnes

¹ Prusiæ. De Prusias.

² Uno loco se tenebat, in castello. Se mantenía en un castillo, sin ir á otro lugar alguno. Dicen algunos que se llamaba Lybusa.

fures ædificii circumiret, ac propere sibi renuntiaret num eodem modo undique obsideretur. Puer quum celeriter, quid esset, renuntiasset, omnesque exitus occupatos ostendisset, sensit id non fortuito factum, sed se peti, neque sibi diutiùs vitam esse retinendam; quam ne alieno arbitrio dimitteret, memor pristinarum virtutum, venenum⁴, quod semper secum habere consueverat, sumpsit.

CAPÍTULO XIII.

Hannibal empleó el tiempo de su vida dedicándose á las letras y al ejercicio de las armas.

Sic vir fortissimus, multis variisque perfunctus laboribus, anno acquievit septuagesimo. Quibus consulibus interierit, non convenit. Namque Atticus, M. Claudio Marcello et Q. Fabio Labeone consulibus mortuum, in annali suo scriptum reliquit; at Polybius, L. Emilio Paulo et Cn. Bæbio Tamphilo; Sulpicius autem, P. Cornelio Cethego et M. Bæbio Tamphilo. Atque hic tantus vir, tantisque bellis districtus, nonnihil temporis tribuit litteris. Namque aliquot ejus libri sunt, græco sermone confecti: in his ad Rhodios, de Cn. Manlii Vulsonis in Asiâ rebus gestis. Hujus bella gesta multi memoriæ prodiderunt; sed ex his duo qui cum eo in castris fuerunt, simulque vixerunt, quamdiu fortuna passa est, Silenus⁵ et Sosilus⁶ Lacedæmonius; atque hoc Sosilo Hannibal

⁴ Venenum. Algunos dicen que lo llevaba en un anillo.

⁵ Silenus. Otros le llaman Philinus.

⁶ Sosilus. Autor que supo mal el griego.

litterarum græcarum usus est doctore. Sed nos tempus est hujus libri facere finem, et Romanorum explicare imperatores¹, quò faciùs, collatis utrorumque factis, qui viri præferendi sint, possit judicari.

XXIV.

M. PORCIO CATON.

CAPÍTULO I.

Origen de Caton : lleva consigo á Roma al poeta Enio. (Año 350 de la fundacion de Roma, 204 antes de J. C.)

Cato², ortus municipio³ Tusculo⁴. Adolescentulus, priusquam honoribus operam daret, versatus est in Sabinis, quòd ibi heredium a patre relictum habebat. Hortatu L. Valerii Flacci, quem in consulatu censuræque habuit collegam, ut M. Perperna Censorius⁵ narrare solitus est, Romam demigravit, in foroque

¹ Romanorum explicare imperatores. Dar á conocer los generales romanos.

² Cato. Llamado Porcio Caton el mayor, Censorino.

³ Municipio. Ciudad municipal era la que se gobernaba por sus leyes propias, aunque sus habitantes gozaban del derecho de ciudadanos romanos.

⁴ Tusculo. Túsculo, ciudad del antiguo Lacio, hoy Frascati.

⁵ Censorius. Así llamado por lo que se hizo temer siendo censor.

esse cœpit¹. Primum stipendium meruit² annorum decem septemque. Q. Fabio Maximo, M. Claudio Marcello consulibus, tribunus militum³ in Sicilia fuit. Inde ut rediit, castra secutus est C. Claudii Neronis, magnique ejus opera æstimata est in prælio apud Senam⁴, quo cecidit Hasdrubal, frater Hannibalis. Quæstor obtigit⁵ P. Corn. Scipioni Africano consuli; cum quo non pro sortis necessitudine⁶ vixit: namque ab eo perpetuâ dissensit vitâ. Ædilis⁷ plebis factus est cum C. Helvio. Prætor⁸, provinciam obtinuit Sardiniam, ex quâ quæstor, superiore tempore, ex Africâ decedens, Q. Ennium⁹ poetam deduxerat: quod non minoris æstimamus quàm quemlibet amplissimum sardiniensem triumphum¹⁰.

¹ In foroque esse cœpit. Y empezó á seguir la carrera civil ó del senado.

² Primum stipendium meruit. Hizo su primera campaña.

³ Tribunus militum. Equivalia á coronel ó brigadier.

⁴ Senam. Siena, Sena ó Senogalia, ciudad en la costa del mar Adriático, cerca de la Marca de Ancona.

⁵ Quæstor obtigit. Le tocó por suerte el empleo de cuestor, que se reducía al de tesorero ó comisario de guerra.

⁶ Pro sortis necessitudine. Segun lo pedía la buena correspondencia de la suerte que le había tocado.

⁷ Ædilis. Edil era el que tenía á su cargo la inspección de los edificios.

⁸ Prætor. Pretor algunas veces, como aquí, significa general.

⁹ Ennium. Enio el primer poeta heróico latino de que se tiene noticia. Dúdase de su patria.

¹⁰ Quàm quemlibet amplissimum sardiniensem triumphum. Que el mas cumplido triunfo que la conquista de Cerdeña le hubiera podido merecer.

litterarum græcarum usus est doctore. Sed nos tempus est hujus libri facere finem, et Romanorum explicare imperatores¹, quò faciùs, collatis utrorumque factis, qui viri præferendi sint, possit judicari.

XXIV.

M. PORCIO CATON.

CAPÍTULO I.

Origen de Caton : lleva consigo á Roma al poeta Enio. (Año 350 de la fundacion de Roma, 204 antes de J. C.)

Cato², ortus municipio³ Tusculo⁴. Adolescentulus, priusquam honoribus operam daret, versatus est in Sabinis, quòd ibi heredium a patre relictum habebat. Hortatu L. Valerii Flacci, quem in consulatu censuræque habuit collegam, ut M. Perperna Censorius⁵ narrare solitus est, Romam demigravit, in foroque

¹ Romanorum explicare imperatores. Dar á conocer los generales romanos.

² Cato. Llamado Porcio Caton el mayor, Censorino.

³ Municipio. Ciudad municipal era la que se gobernaba por sus leyes propias, aunque sus habitantes gozaban del derecho de ciudadanos romanos.

⁴ Tusculo. Túsculo, ciudad del antiguo Lacio, hoy Frascati.

⁵ Censorius. Así llamado por lo que se hizo temer siendo censor.

esse cœpit¹. Primum stipendium meruit² annorum decem septemque. Q. Fabio Maximo, M. Claudio Marcello consulibus, tribunus militum³ in Sicilia fuit. Inde ut rediit, castra secutus est C. Claudii Neronis, magnique ejus opera æstimata est in prælio apud Senam⁴, quo cecidit Hasdrubal, frater Hannibalis. Quæstor obtigit⁵ P. Corn. Scipioni Africano consuli; cum quo non pro sortis necessitudine⁶ vixit: namque ab eo perpetuâ dissensit vitâ. Ædilis⁷ plebis factus est cum C. Helvio. Prætor⁸, provinciam obtinuit Sardiniam, ex quâ quæstor, superiore tempore, ex Africâ decedens, Q. Ennium⁹ poetam deduxerat: quod non minoris æstimamus quàm quemlibet amplissimum sardiniensem triumphum¹⁰.

¹ In foroque esse cœpit. Y empezó á seguir la carrera civil ó del senado.

² Primum stipendium meruit. Hizo su primera campaña.

³ Tribunus militum. Equivalia á coronel ó brigadier.

⁴ Senam. Siena, Sena ó Senogalia, ciudad en la costa del mar Adriático, cerca de la Marca de Ancona.

⁵ Quæstor obtigit. Le tocó por suerte el empleo de cuestor, que se reducía al de tesorero ó comisario de guerra.

⁶ Pro sortis necessitudine. Segun lo pedía la buena correspondencia de la suerte que le había tocado.

⁷ Ædilis. Edil era el que tenía á su cargo la inspeccion de los edificios.

⁸ Prætor. Pretor algunas veces, como aquí, significa general.

⁹ Ennium. Enio el primer poeta heróico latino de que se tiene noticia. Dúdase de su patria.

¹⁰ Quàm quemlibet amplissimum sardiniensem triumphum. Que el mas cumplido triunfo que la conquista de Cerdeña le hubiera podido merecer.

CAPÍTULO II.

Caton cónsul tuvo el gobierno de España. Siendo censor, se atrajo muchos enemigos á causa de su zelo por el bien de la república. (Año 570 de la fundacion de Roma, 184 antes de J. C.)

Consulatum gessit cum L. Valerio Flacco. Sorte provinciam nactus est Hispaniam citeriorem¹, exque eá triumphum deportavit. Ibi quum diutius moraretur, P. Scipio Africanus, consul iterum, cujus in priore consulatu quæstor fuerat, voluit eum de provinciâ depellere, et ipse ei succedere. Neque hoc per senatum efficere potuit, quum quidem Scipio in civitate principatum obtineret², quòd tum non potentia, sed jure respública administrabatur. Quâ ex re iratus senatui, consulatu peracto³, privatus in urbe mansit. At Cato, censor cum eodem Flacco factus, severè præfuit ei potestati. Nam et in complures nobiles animadvertit, et multas res novas in edictum addidit⁴, quare luxuria reprimeretur, quæ jam tum incipiebat pullulare. Circiter annos octoginta, usque ad extremam ætatem ab adolescentiâ,

¹ *Citeriorem*. Desde los Pirineos hasta el Ebro.

² *Principatum obtineret*. Era el hombre de mas representacion.

³ *Consulatu peracto*. Habiendo acabado su año de cónsul. En muchas ediciones se pone *senatu*: pero Pigo y Courtino ponen en su lugar *consulatu*, porque no viene bien el *senatu peracto* con la siguiente expresion *privatus in urbe mansit*.

⁴ *Multas res novas in edictum addidit*. Añadió varias ordenanzas.

reipublicæ causâ suscipere inimicitias non destitit. A multis tentatus¹, non modò nullum detrimentum existimationis fecit, sed, quoad vixit, virtutum laude crevit.

CAPÍTULO III.

Elogio de Caton; sus estudios, sus escritos.

In omnibus rebus singulari fuit prudentiâ et industria. Nam et agricola solers², et reipublicæ peritus, et jurisconsultus, et magnus imperator, et probabilis orator, et cupidissimus litterarum fuit. Quarum studium etsi senior arripuerat, tamen tantum progressum fecit, ut non faciliè reperire possis, neque de græcis, neque de italicis rebus, quod ei fuerit incognitum. Ab adolescentiâ confecit orationes; senex historias scribere instituit, quarum sunt libri septem. Primus continet res gestas regum³ populi romani; secundus et tertius, unde quæque civitas orta sit italica: ob quam rem omnes *Origines*⁴ videtur appellasse. In quarto autem bellum punicum primum; in quinto secundum (atque hæc omnia capitulatim⁵ sunt dicta); reliquaque bella pari modo persecutus est usque ad præturam Seryii Galbæ,

¹ *A multis tentatus*. Aunque muchos le llamaron á juicio.

² *Agricola solers*. Inteligente en la agricultura. Escribió una obra intitulada de *Re rustica*.

³ *Regum*. Los primeros reyes de Roma fueron siete.

⁴ *Origines*. Origenes ó principios. Este es el título que dió á sus tres primeros libros Caton.

⁵ *Capitulatim*. Sumariamente, ó en compendio.

qui diripuit Lusitanos¹. Atque horum bellorum duces non nominavit, sed sine nominibus res notavit. In iisdem exposuit quæ in Italiâ Hispanisque viderentur admiranda: in quibus multa industria et diligentia comparet, multa doctrina. Hujus de vitâ et moribus plura in eo libro persecuti sumus, quem separatim de eo fecimus², rogatu T. Pomponii Attici. Quare studiosos Catonis ad illud volumen delegamus³.

¹ Lusitanos. Servio Galba hizo una invasion en Portugal.

² Fecimus. Esta vida de Caton, como otras varias obras de Nepote, se ha perdido.

³ Delegamus. Remitimos.

XXV.

T. POMPONIO ÁTICO.

CAPÍTULO I.

Pomponio Atico, de esclarecido linaje, se distinguió por sus talentos y estudios.

Titus Pomponius Atticus, ab origine ultimâ stirpis romanæ¹ generatus, perpetuò² a majoribus acceptam³ equestrem⁴ obtinuit dignitatem. Patre usus est diligente, indulgente, et, ut tum erant tempora, dili, imprimisque studioso litterarum. Hic, prout ipse amabat litteras, omnibus doctrinis, quibus puerilis ætas impertiri debet, filium erudit. Erat autem in

¹ Ab origine ultimâ stirpis romanæ. De una de las mas antiguas familias de Roma. Esta antigüedad se comprueba con el mismo sobrenombre de Pomponio; pues la casa Pomponia descendia del rey Numa Pompilio, que á uno de sus hijos llamó Pomponio. De este venian los Pomponios. Parece que la causa de llamarse Atico, fué por lo bien que hablaba la lengua griega.

² Perpetuò. Sin faltar nunca. Otros leen *perpetuo generatu*. Y se podrá traducir, *de varon en varon*.

³ A majoribus acceptam. Sin haber salido nunca de su casa.

⁴ Equestrem. Orden ecuestre ó de caballeros romanos, grado de nobleza medio entre los patricios y plebeyos. Las insignias de caballero romano eran un caballo y un anillo, que se le daba en público al que entraba á serlo.

qui diripuit Lusitanos¹. Atque horum bellorum duces non nominavit, sed sine nominibus res notavit. In iisdem exposuit quæ in Italiâ Hispanisque viderentur admiranda: in quibus multa industria et diligentia comparet, multa doctrina. Hujus de vitâ et moribus plura in eo libro persecuti sumus, quem separatim de eo fecimus², rogatu T. Pomponii Attici. Quare studiosos Catonis ad illud volumen delegamus³.

¹ Lusitanos. Servio Galba hizo una invasion en Portugal.

² Fecimus. Esta vida de Caton, como otras varias obras de Nepote, se ha perdido.

³ Delegamus. Remitimos.

XXV.

T. POMPONIO ÁTICO.

CAPÍTULO I.

Pomponio Atico, de esclarecido linaje, se distinguió por sus talentos y estudios.

Titus Pomponius Atticus, ab origine ultimâ stirpis romanæ¹ generatus, perpetuò² a majoribus acceptam³ equestrem⁴ obtinuit dignitatem. Patre usus est diligente, indulgente, et, ut tum erant tempora, dili, imprimisque studioso litterarum. Hic, prout ipse amabat litteras, omnibus doctrinis, quibus puerilis ætas impertiri debet, filium erudit. Erat autem in

¹ Ab origine ultimâ stirpis romanæ. De una de las mas antiguas familias de Roma. Esta antigüedad se comprueba con el mismo sobrenombre de Pomponio; pues la casa Pomponia descendia del rey Numa Pompilio, que á uno de sus hijos llamó Pomponio. De este venian los Pomponios. Parece que la causa de llamarse Atico, fué por lo bien que hablaba la lengua griega.

² Perpetuò. Sin faltar nunca. Otros leen *perpetuo generatu*. Y se podrá traducir, *de varon en varon*.

³ A majoribus acceptam. Sin haber salido nunca de su casa.

⁴ Equestrem. Orden ecuestre ó de caballeros romanos, grado de nobleza medio entre los patricios y plebeyos. Las insignias de caballero romano eran un caballo y un anillo, que se le daba en público al que entraba á serlo.

puero, præter docilitatem ingenii, summa suavitas oris¹ ac vocis, ut non solum celeriter acciperet quæ tradebantur, sed etiam excellenter pronuntiaret. Quæ ex re in pueritiâ nobilis² inter æquales ferebatur, clariùsque exsplendescbat, quàm generosi condiscipuli animo æquo³ ferre possent. Itaque incitabat omnes studio suo: quo in numero fuerunt L. Torquatus, C. Marius filius, M. Cicero; quos consuetudine suâ⁴ sic sibi devinxit, ut nemo iis perpetuò fuerit carior.

CAPÍTULO II.

Atico, refugiado en Atenas despues del asesinato de Sulpicio, y á causa de los disturbios civiles excitados por Cina, ayuda con sus riquezas al jóven Mario y á los Atenienses. (Año 666 de la fundacion de Roma, 88 antes de J. C.)

